NOTITIA

LINGUÆ SINICÆ.

AUCTORE P. PREMARE.

MALACCÆ:

CURA

ACADEMIÆ ANGLO-SINENSIS.

MD.CCC.XXXI.

VIRO AMPLISSIMO

INTER PROCERES BRITANNICOS

OB ERUDITIONEM DOCTRINAMQUE EXQUISITIOREM

MULTIS DE NOMINIBUS INSIGNITO,

TAM LITERARUM ORIENTALIUM

QUAM SCIENTIARUM ARTIUMQUE LIBERALIUM

QUOCUMQUE IN GENERE

PATRONO MUNIFICO,

PATRIÆ ET ORDINIS DECORI AC PRÆSIDIO,

OPUS HOC DOCTUM, CONCINNUM, UTILISSIMUM,

E CODICE MANU EXARATO

MULTOS JAM ANNOS

SCRINIIS BIBLIOTHECÆ REGALIS PARISIENSIS ADSERVATO

MANDATO EJUS AC SUMPTIBUS LARGE EFFUSIS

EXSCRIPTUM,

INDIA DENIQUE TYPIS MANDATUM,

GRATI MONIMENTUM ANIMI

SUMMA QUA PAR EST OBSERVANTIA

DICANT

EDITORES DEVINCTISSIMI.

AD LINGUÆ SINICÆ
NOTITIAM
INTRODUCTIO PRÆVIA.

In hoc procemio tria conabor exequi: 1° dicam aliquid de libris sinicis: 2° agam de litteris: 3° dabo in appendice accuratum indicem omnium vocum quibus lingua sinica componitur.

CAPUT PRIMUM.

DE LIBRIS SINICIS.

Tres erunt hujus capitis partes: 1° libros sinicos ad certas classes revocabo, ut eorum generalis cognitio statim habeatur: 2° aperiam quo potissimum ordine et qua methodo eos legendos existimem: 3° addam nonnulla de dictionariis.

ARTICULUS PRIMUS.

NOTITIA GENERALIS LIBRORUM SINICORUM.

Inter sinicos libros distinguendi sunt plures gradus, neque enim eadem est omnium ætas, non eadem omnibus habenda fides, non eodem omnes stylo sunt conscripti.

In 1° gradu reponuntur ab omnibus Sinis veterrima illa monumenta quæ vocantur 經 king, et primum locum tenent 易 y king, 詩 chi king, et 書 chū king.

In 2° gradu vulgo numerantur 書 四 sse chū, libri quatuor, qui dicuntur classici, quia illis præcipuam dant operam scholastici Sinæ: 1° 庸 中 tchōng yōung; 2° 學 大 tá hiŏ; 3° 語 論 lûn yù; 4° 子 孟 móng tseè; quibus addes 秋 春 t'chūn t'siōu, et 記 禮 lì kí.

In 3°. gradu veniunt 經德道 táo tĕ king, 經花南 nân hoā king, 禮儀 y lì 禮周 tcheōu lì, 經海山 chān hài king, &c.

In 4°. gradu poni debent 辭楚 t'soù tseè, 子尹關 kouān yùn tseè, 子列 liĕ tseè, 子荀 sūn tseè, 子楊 yâng tseè, et móng tseè, qui elatus fuit à modernis sinis et Confucio comes additus.

In 5°. gradu colloco 氏左 tsò chí, 羊公 kōng yâng, 梁穀 koŭ leâng, qui tres librum t'chūn t'sioū explicant. Tsò chí reliquit etiam aliud opus dictum 語國 koŭe yù; his adjunges 韋不呂 liù poŭ oûei, qui multa de temporibus antiquis refert, sicut et 子南淮 hoâi nân tse, item 遷馬司 ssè mà tsiēn, 慎許 hiù chìn, author dictionarii 文說 choue vĕn, 樵鄭 tching ts'iaô et alios id genus.

In 6°. gradu pones 愈韓 hân yù, tres 蘇 soū, pater et ejus duo filii, 石安王 vâng ngān chĕ, 鞏南曾 tsēng nân fong, 修陽歐 ngheōu yâng sieoū, et alios qui eleganter scribunt et de libris king disserunt.

In 7°. gradu reponi possunt interpretes. Inter veteres praecipui sunt duo 孔 k'òng, 肅王 vâng soŭ 萇毛 maô tch'âng, 玄鄭 tching hiuên, 弼王 vâng pĭ &c. Sub familia 宋 sóng, habentur quam plurimi, quorum coryphœus est 熹朱 tchū hi. Demum inter recentiores primo loco numerari debet Imperator gloriosæ memoriæ in commentariis 講日 gĕ kiàng, et maxime in 中折易周 tcheōu y tche tchōng, quod opus ultimis annis edidit.

In 8°. gradu sunt moderni doctores ex quorum placitis conflata est illa farrago 全大理性 sing lì tá ts'uên. Horum magister est 溪濂周 tcheōu liên k'ī, et post illum præcipue laudantur duo 子程 t'chîng tseè, 載張 tchāng tsái, supra dictus 熹朱 tchū hi et 節康邵 cháo k'āng tsie.

In 9°. gradu pono historicos, non quod male scribunt, sed quia non admodum curo scire facta quæ referunt; alia enim me urgent magis.

De libris familiari oratione ac stylo conscriptis aliquid dicam in prima hujus operis parte; et in secunda, explicabo stylum diversum quo utuntur, non modo libri king, sed authores in his gradibus allati, quotquot venustius et elegantius scribant.

ARTICULUS SECUNDUS.

DE METHODO ET ORDINE LEGENDI LIBROS SINICOS.

Methodus quam mihi multum profuisse confiteor, haec est : Cum initio libris sinicis studere volui, curavi purum textum Móng tseè, lûn yú, tá hiŏ et tchong y ūng mihi nitide describi, non in papyro bibulâ qualem amat sinicus penicillus, sed in chartâ bene praeparatâ, ut calamum Europaeum non reformidet. Textus ille lineis sat raris, et in unâ tantum ex duabus paginis

sibi invicem adversis scribi debet. Omnes deinde quaterniones curavi compingi in unum volumen, et tali libro instructus, consulere tandem interpretes et textum sedulò examinare aggressus sum.

Notas meas scribebam in alterâ paginâ, quae ad hoc nuda et alba remansit. Tria in ejusmodi notis semper intendi: 1°. quidem quae bona mihi videntur colligo, ut textûs sensum bene capiam, et elegantem etiam stylum addiscam: 2°. quae pejora sunt apud interpretes pariter annoto, ut inde videam quantum in his cœcutiant sinae moderni, et quam turpiter inter se pugnent: 3°. si quid mihi rectius venit in mentem, scribere non omitto, ut in loco litteratis cum sinis de eo disseram. Litterarum quarumdam sonos et sensum ponebam ad earum latus. Utinam omnium accentus et spiritus asperos apposuissem, quando illis assuescere facile erat.

Quot et quanti fructus ex hac methodo colligantur brevi cognoscet quisquis, quod expertus sum, volet experiri; poterunt ad calcem cujusque libri disponi plures indices alphabetici, quorum ope quam plurima quae longo et fastidioso labore, in tot parvis voluminibus sinicis et forte frustra quaereres, statim et sine ullâ molestiâ reperientur.

Vehementer authox sum omnibus qui Sinice scire cupiunt, ut mature sibi parent aliquot codices seu libellos albos, et in altero ponant metaphoras omnes quae legentibus occurrent, in altero litteras inter se oppositas, super geminam quasi columnam disponant, in altero notent nomina veterum qui fuerunt aliqua re famosi, ad alterum denique referant loca celebriora et arbores et flores et rivos et animalia et lapides: haec enim politis scriptoribus valde arrident.

Sed unum punctum est majoris adhuc momenti quod tamen plus opto quam à novis missionariis obtineri posse putem. Vellem ut quod nemo me facere monuit, alii facerent, dum viget memoria, et anni adhuc florent: quatuor libros classicos memoriter discerent eo plane modo quo solent pueri sinae; repuerascendum nobis est, si volumus Christum Jesum his gentibus cum fructu annunciare, quem, amabo, laborem talis spes non leniat? Commodo igitur quae hinc certo nascentur paucis attingere volo, ut charissimos fratres meos incendam.

1°. Cum libros illos memoriae mandabis, nulla vox tibi excidet quae non recte pronuntietur. Magistrum quippe Sinam sic tanquam puer audies, nec imbues alios accentus aut sonos quam quos ab illo per aures acceperis.

2°. Non merae voces memoriae creduntur sed ad literarum formam et ad illarum sensum simul attenditur, ita ut non possis pronuntiare v. g. 信 sín, quae vox fidem significat, quin statim non modo virtus illa sese menti offerat, sed ipsam litteram 信 sín, et duas partes ex quibus ejus sensus exsurgit, scilicet 人 gîn hominis et 言 yên verbae, ac demum monosyllabam Sín cum suo accentu in tua phantasia, velut in lucido speculo contempleris.

3°. Non parum ad hoc proderit de memoriâ scribere litteras sinicas illius loci quem postremum didiceris, et altero die, an aliquis error irrepserit, aperto libro diligenter examinare.

4°. Hac via literae sinicae animo firmiter adhaerent, et longe praestat ita cognoscere vel centum, quam mille eo modo quo pleriqne missionarii eas dignoscunt.

5°. Quod si post tres aut quatuor annos cogitas aliquid sinice componere, tum vero uberrimos atque suavissimos fructus, ex hac radice quae tibi tam amara videbatur, enatos cum ingenti gaudio comedes; offerent enim se sua pte sponte litterae sine tuo labore, suo loco se collocabunt.

Video nihilominus vix posse persuaderi nostris Europaeis, ut per hoc iter incedant, insipidumque laborem gratis, ut falso sibi videtur, suscipiant. Atqui duo saltem absolute necessaria mihi concedant rogo. Primum est ut certa loca quae sibi magis placuerint, memoriter teneant: fructum si non tantum, certe non contemnendum ex eo colligent. Brevi enim experientur quanti facient Sinae litterati hominem exterum quem audiunt libros suos in loco laudentem, multaque ex iis memoria tenentem et illa melius quam Sinici doctores explicantem. Secundum est ut quamprimum discant literas sinicas vel cum penicillo, vel saltem cum calamo suo scribere. Initio quidem non erunt bene formatae nec inter se aequales, at manus sensim assuescet ad hoc; autem juvabit aspicere sinam aliquem scribentem v. g. litteram 學 hiŏ sic scribunt: primo quidem 爻, deinde ⺽, tum 彐, quarto 冖, postea 了, denique 一, et ita de caeteris. Hoc ex eo capias commodum, idque non leve, quod ipsemet scribes notas tuas, et quae placebunt excerpes. Amanuensis penicillo semper indigere et est molestissimum et bonam pretiosi temporis partem nobis invitis praedatur.

Studendi ac legendi ordo is erit: principium sumatur a móng tseè, quia stylus ejus non ita laconicus est. Deinde pergatur ad Lùn yú, tertio loco ponatur libellus tá hiŏ, et postremo tchong young. Sic enim ad libros king paulatim ascensus fiet, diligenter postea legendi erunt chī kīng et chū king, ac demum per y kīng finietur.

Quaeres quinam interpretes seligendi. Sub familia praecedenti tchāng kó laò quatuor libros classicos, chū king et y kīng stylo familiari et humili explicuit ad usum adolescentuli principis quem erudiebat. Idem plane factum est a doctoribus Academiae regiae qui juvenem Kāng hī olim edocuerunt; ita ut quae tchāng kŏ laò in suis 解正 tchíng kiài populari sermone dixerat, isti in suis 講日 gĕ kiàng elegantiori sermone posuerint. Utili esset habere tchíng kiài et gĕ kiàng atque duo commentaria simul legendo styli differentiam notare.

Si quis autem veteres libros accuratius postea rimari velit, debet sibi comparare 1°. 經三十 che sān king, opus centum triginta quatuor voluminibus constat et ibi habentur interpretes praecipui sub familiis hàn et tāng.

2°. 解經刊新 sīn kān king kiaì, voluminibus quingentis quinquaginta novem; colligit omnes prope interpretes qui sub dynastia Sóng et Yuen magis floruerunt.

ARTICULUS TERTIUS.

DE VARIIS DICTIONARIIS.

Nihil magis optant recens appulsi Missionarii quam habere aliquod dictionarium quasi nulla ad discendam linguam via alia esset. Itaque in multis lexicis prout afferuntur, accurate describendis, insumunt tempus quod in legendis et memoriae mandandis quatuor libris classicis longe melius collocarent. Nullo certe dictionario habent opus, ut linguae sinicae notitiam

quam ipsis offero ac dedico, perlegant. Quisquis autem vel primam ejus partem bene semel didicerit, et indicem quem infra reperiet sibi familiarem reddiderit, is sinica vocabularia nullo negotio consulere poterit, si quando indigeat; cum vero plurima sint apud sinas dictionaria, necesse est de praecipuis aliquid dicere.

1°. 通字正 tching tsée tōng. Huic libro non valde credendum est, presertim cum de litterarum analysi vult disserere. 2°. 典字熙康 kāng hī tsée tièn est ipsummet tching tsée tōng, quod imperator emendari et eruditione satis inutili et incerta perpurgari jussit. 3°. 箋字品 pìn tsée tsiēn; litteras disponit secundum rhythmos, sed novo modo. Satis facile legitur et quædam habet bona. Vellem ut explicationes quas dat exemplis confirmare curasset. 4°. 文說 chouě vên; diu multumque teredus est iste liber omnibus qui veram litterarum analysim scire cupiunt, sed a paucis intelligitur.

Quaeres quomodo quærendae sint literæ in sinicis dictionariis? Quando litterae juxta rhythmos dispositæ sunt, sciendum est quod Sinae habent 107 litteras velut capitales, quas memoriter tenent sicut nos alphabetum: eas partiuntur inter quinque accentus, ita ut quindecim primæ ad primum ¯ pertineant, quindecim sequentes ad secundum ^, postea veniunt 30 pro tertio ˋ tum totidem pro quarto ˊ, ac demum 17 pro quinto ˘. Sed Europæi accentibus sinicis non satis assueti, ejusmodi dictionariis difficile uti possunt.

Tching tsée tōng et alii assumunt 200 et aliquot litteras ex quibus reliquae nascuntur. Illae sunt veluti radices, sinæ vocant 部 poú; aliae sunt rami qui ab radice pullulant. Disponuntur autem tam istæ quam illæ juxta numerum lineolarum, sinice 畫 hoá, quibus constant, incipiendo semper a simplicioribus. At notandum quod ubi venitur ad ramos, non debent amplius numerari elementa radicum. Sic littera 仁 gîn habet quidem in se quatuor lineolas, sed sublata radice, restant tantum duæ lineolæ 二. Aliud quoque debet attendi, radicales litteras non parum juvare ad detegendum sensum earum omnium quæ ab ipsis pendent. Hinc quæ habent 人 gîn pro radice, dicunt aliquem respectum ad hominem; quæ habent 心 sīn, ad cor, sive animum; quæ 口 k'où, ad os hominis; quæ 目 moǔ, ad oculos; quæ 耳 èll, ad aures; quæ 手 cheoù, ad manus; quæ 足 tsoǔ, ad pedes; quæ 火 hò ad ignem; quæ 土 toù, ad terram; quæ 山 chān, ad montes, &c.

Hæc tamen methodus non paucos secum trahit defectus, quos examinare hoc loco tanti non est. Si vero secundum rhythmos series litterarum fiat, alii defectus nascentur. Index quem tertio capite proferam, potest dare ideam unius dictionarii quod Europæis, ni fallor, placeret et sinis ipsis forte arrideret. Sed quocumque tandem ordine litteræ disponantur, necesse est scire quot lineolas (畫 hoá) unaquæque contineat, id agendum igitur ut illis numerandis statim assuescas. Aspice scribentem Sinam et ipsemet penicillo aut calamo utere et brevi hoc addisces.

CAPUT SECUNDUM.

DE CHARACTERIBUS SINICIS.

Sinicae litterae dupliciter considerari possunt, vel ut sunt in se ipsis, independenter ab omni sono et accentu, vel prout ore proferuntur et sic varios sonos indicant.

ARTICULUS PRIMUS.

DE LITTERIS PROUT SINICE SCRIBUNTUR.

Sinicae litterae ab omnibus aliis hactenus notis differunt, tum quod unaquaeque aliquid significet, ac proinde quot sunt litteræ, tot vocabula; tum quod nullum de se sonum aut accentum dicant, purae sunt imagines et mera symbola quae non auribus sed soli menti loquuntur. Hæc littera 人 tam bene legeretur a graecis *anthropos*, aut a latinis *homo*, quam a sinis solet legi gin uno verbo, sicut notae numericae 1, 2, 3, 4, &c, omnium linguarum sonos recipiunt, sic sinicis litteris omnia mundi regna proprio ejusque idiomate uti possent.

De ejusmodi litteris seu potius hieroglyphis sinae doctiores quam plurima tradunt scitu sane dignissima; sed haec propter brevitatem et alia quaedam motiva silentio praeterire statui. Scholarum magistri litteras simplices seu elementares numerant sex, 丶 一 亅 ㇏ ノ 乙. Compositas soleo dividere in duas classes. In primâ repono eas omnes quae exhibent quasi unicam figuram, et constant elementis seu lineolis (畫 hoá) vel duabus ut 人 gin, homo, 十 chĕ decem; vel tribus ut 口 koù, os, 山 chān, mons; vel quatuor ut 心 sīn, cor, 木 moŭ, lignum; vel quinque ut 目 moŭ, oculus, 石 che, lapis; vel sex ut 血 hiúe, sanguis, 百 pe, centum; vel septem ut 見 hién, aspicere, 谷 koŭ, vallis; vel octo ut 門 mên, porta, 金 kin, metallum; vel novem ut 首 cheoù, caput, 香 hiang, odor; vel decem ut 書 chū, liber &c. In alterâ classe omnes alias colloco quotquot plures quasi substantias seu partes inter se clare distinctas oculis nostris offerunt. Sic v. g. 林 lîn, sylva, sunt duæ arbores 木; et 明 mîng, clarum, est 日 gĕ, sol, et 月 yuĕ, luna, &c.

Licet ab ævo litteræ sinicæ semper eædem fuerint, quoad essentiam, quia tamen diversimodò pingi possunt elementa quibus constant, ideo variis temporibus litteræ prodierunt in speciem valde diversæ. Orthographia quæ etiamnum viget, vocatur 楷 lì; quæ vero servatur in

dictionario chouĕ vên dicitur 篆 tchu'ên; ex his duabus quaenam sit antiquior satis incertum. De litteris 斗科 k'ŏ têoù, nihil certo definiri potest. Sub dynastia hán, prodierunt 書草 ts'aò chū, quas nunc adhibent litterati vel in suis adversariis vel in prologis vel in epigraphis. Bonum est quod non praevaluerit ejusmodi scriptura; cum enim litteras admodum abbreviet, et plures simul connectat, non apparent amplius partes quibus essentialiter componi debent, atque adeo analysis ex qua verus ac proprius sensus eruitur, divinari nequit.

In ipsâ quae nunc viget orthographia 隸 li, eadem littera multis modis scripta reperitur. 1° Sunt litteræ antiquae 字古 koù tsée v. g. 金 fă imitari, vulgo fit 法; 忎 gîn charitas, vulgo scribitur 仁. 2° Sunt litterae propriae 字本 pèn tsée, v. g. 扗 tsái esse, scribi solet 在; sic 厺 et vulgo 去 k'iú, ire; 从 idem 從 tsông, sequi; 処 melius quam 處 tchù, locus; 气 k'i, aer, vulgo, 氣; 与 sive ut vulgo fit 與 yù, dare. 3° Sunt bonae et rectae litterae 字正 tching tsée, inter quas non paucae variis modis scribuntur. 4° Sunt litterae triviales 字俗 soŭ tsée. Volunt eruditi quod omnes litterae quae non sunt in chouĕ vên, sint triviales, plures autem non habet chouĕ vên quam 9313. 5° Sunt litterae abbreviatae 字省 sèng tsée, v. g. 观 pro 觀 koūan, aspicere; 変 pro 變 pién; 礼 pro 禮 li; 圣 pro 聖 ching &c. 6° Sunt litterae spuriae 字偽 ouei tsée, v. g. 思 sse, cogitare, scribendum 恖.

Ex his sex punctis patet litterarum numerum non mediocriter multiplicari. Dici solet et vere neminem esse qui non possit libros legere et sinice componere, quando semel quatuor vel quinque millia litterarum bene novit. Quis autem missionarius serio dixerit se non habere satis memoriae aut ingenii ut quinquies vel sexties mille litteras addiscat?

ARTICULUS SECUNDUS.

DE LITTERIS PROUT ORE PROFERUNTUR.

Ut sinae doceant modum quo pronuntiari debet aliqua littera, exhibent alias duas, ex quibus inter se combinatis exsurgit sonus tertiae de qua agitur; v. g. vis scire quomodo legatur littera 天, combina has duas 他 t'ā et 年 niên; prima dabit initium soni quem quaeris, secunda dabit ejus finem. Clarum est quod hoc nihil me juvabit, nisi prius sciam quomodo legi debeant duae illae litterae sic assumptae: sed quando scio quod 他 legitur t'ā, et 年 legitur niên, tunc sumendo t ex primâ et ien ex secundâ prodit tien pro sono litterae 天 tien; et sic de aliis. Hoc autem quod facillimum nobis est sinas etiam litteratos qui nullam nostrarum litterarum ideam habent mirum in modum torquet.

Fruamur igitur commoditate quam nostrae litterae nobis suppeditant nihil quippe magis memoriam adjuvabit; cum enim semel sinicae litterae sonum ad ejus latus Europaeis characteribus noverimus, si deinde labitur ex memoria, haeret semper in charta, et quoties volumus statim oculis se subjicit. Is tamen labor inanis esset, si quis hoc pacto paginas integras sine ullis sinicis

litteris scribere vellet. Haud enim scio an vel unicae phrasis sensus post aliquos dies posset divinari. Hispanus scribat chi, Italus ci, Gallus tchi, nihil certe vetat; at cum multae sint litterae sinicae quae hunc sonum habent, et sub eodem illo sono, eumdem accentum, si adderent 知, esset scire; si 支 esset ramus; si 之, esset nota genitivi; si 蜘, esset aranea. Quatuor istae litterae plurimum differunt, ut patet aspicienti; tchi vero vel ci vel chi ad earum latus appositum, semper quid unum et idem est nec de se quicquam significat.

Ut sit, istud certe constat, quod sinicae litterae ore prolatae indicant simul et accentum et sonum. Sonus est veluti materia, et accentus est quasi earum forma; duo igitur ex aequo requirit recta pronuntiatio. 1° ut materialiter cognoscantur litterae, hoc est, ut verus earum sonus habeatur, 2° ut formaliter etiam notae sint, id est, ut verus earum accentus proferatur. De his duobus agam separatim, et ab accentibus incipiam; sic enim ad appendicem melius deveniemus.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

DE SINICIS ACCENTIBUS.

Meri soni sunt litterarum quasi corpus; accentus autem sunt ipsis loco animae; exemplo sit littera 看 videre; sonus quem ipsi dant sinae est k'ān, spiritus est asper k'an, accentus est rectus k'ān, et interdum acutus k'án; atque haec tria, scilicet sonus, spiritus et accentus sunt omnino necessaria. Cum vero sint aliae litterae aliud plane significantes, quae debent eodem modo pronunciari, evidens est quod etiamsi recte dicas k'ān, tamen ex circumstantiis, hoc est, ex materia de qua sermo est, et ex his quae præcedunt vel sequuntur, plerumque colligunt sinæ quod vox illa quam profers significat videre. Et quid igitur esset, si duntaxat dicas k'an, nulla habita ratione nec ad spiritum k'an, nec ad accentum k'ān, atque haec est præcipua causa cur Europæi post tot labores in lingua sinica discenda positos a sinis vix intelligantur. Docti sunt, ingeniosi sunt, attenti sunt, et tamen per totam vitam plerique balbutiunt, interim dum stupidus aliquis cafer (sic) post tempus sat breve tam bene loquitur quam ipsimet sinae. Felices missionarii qui statim atque e navi exierunt, deportarentur ad locum aliquem ubi calamis Europaeis confractis et linguis nativis valere jussis, solos sinas audire cogerentur.

Sinici accentus dividuntur in 平 p'îng et 仄 tse; accentus p'îng seu rectus et planus subdividitur in 清 ts'ing clarum, et 濁 tchŏ sub obscurum, seu quod idem est in purum ts'ing et crassum tchŏ. Accentus 仄 tse sed ad latus, subviditur in 上 chàng, attollere, 去 k'iù, ejicere, et 入 ge, intrare, quia in his tribus vox quidem a rectâ lineâ deflectit, sed in chàng, attollitur, in k'iù, velut deprimitur, et in gĕ, quasi ad intra redit. Quamquam haec verbis exprimere nequeunt, audiendi sunt saepius sinae, ut quinque toni — ^ \ / ◡ bene cognoscantur et distinguantur, ut clarius adhuc dicam sub finem capitis tertii. Non paucae sunt litterae quae modo hoc modo illo

accentu debent pronunciari. Sinæ ut hoc pueros doceant, solent exiguum circulum apponere ad unum ex quatuor angulis litteræ de quâ loquuntur. Sic 爲 legitur ouêi, p'ing ching, et significat *facere*; 爲 legitur oúei, k'iù ching, et significat *propter*. Sic 惡 ngŏ malum, gĕ ching; at 惡 est oú, odisse; 惡 vero est oū, particula interrogans. Sic demum 與 est yú, particula; 與 est yù dare; 與 est yú adesse. Volunt aliqui quod mutetur accentus quoties aliqua littera ex nomine fit verbum, 王 vâng, rex, 王 váng, regnare.

PARAGRAPHUS SECUNDUS.

DE SINICIS SONIS.

Quando soni Sinici litteris Europæis pinguntur, ut illos bene pronuncies, attende, 1° ad elementa quibus incipiunt, 2° ad litteras intermedias, 3° ad finales.

NUMERUS PRIMUS.

DE LITTERIS INITIALIBUS.

Numerantur vulgo istae: *ch, tch, f, g, j, h, y, i, l, m, n, ng, p, s, ts, v, ou.* Cum ab initio assuetus fuerim orthographiae gallicae, et nunc pro missionariis laborem, breviter mihi explicandum est in quo gallica orthographia differat ab aliis.

Tria potissimum notanda sunt: 1° Galli scribunt *ch,* Hispani et Lusitani scribunt *x,* itaque chā et xā idem est. 2° Galli scribunt *tch,* Hispani Lusitani scribunt *ch*; igitur tchā et chā idem est. 3° Galli scribunt *ts,* alii scribunt ç; ergo tsā et çā idem est. Nisi hæc tria memoriae benè mandent, qui linguam et pronunciationem gallicam ignorant, pronum est ut errent si quando meum hoc opusculum legere velint.

Notandum praetera quod inter initiales litteras, quinque habent spiritum asperum videlicet, k', p', t', t'ch, et ts': ejusmodi spiritus asper multos fugit, praesertim Gallos, in quorum linguâ non reperitur. Summi tamen momenti est ut à primis statim initiis assuescant missionarii, tàm benè pronunciare spiritum asperum, ut sentiant ipsi, et aliis audientibus faciant sentire, discrimen quod est inter 止 tchì, sistere, et 齒 t'chì, dentes; inter 波 pō, fluctus, et 玻 p'ō, vitrum; inter 幹 kán, humus, et 看 k'àn, videre; inter 尊 tsūn, honorare, et 村 ts'ūn, pagus; inter 迪 tĭ, hortari et 惕 t'ĭ, timere &c. Vides quod tota differentia pendet a solo spiritu et satis est hoc negligere ut non audiaris.

Littera *h* est quidem aspera sed maxime cavendum est ne confundatur cum *k*: quatuor istae voces *y*, *hi*, *ki*, kī, valde differunt.

Cum occurrit *ng*, v. g. *ngo*, *ngai ngan*, cave dicas nègo, nègai, &c. utraque consona debet quidem pronunciari, sed *g* paulo magis sentitur, quam *n*: dic *ngai*, *ngan*, sicut Sinas dicere audies. Si post *ng* sequitur *e*, inseritur *h*, sicut Italis mos est, ut durior ille sonus servetur *nghe*, *nghen*. De reliquis initialibus nihil dicendum occurrit.

Inter ipsos Sinas in aliquibus non convenit. 1°· multi pronunciant *s* pro *ch*, *sai* pro *chai*, et vicissim *ch* pro *s*, *chou* pro *sou*. 2°· multi emolliunt *tch* et dicunt, v. g. *tsai* pro *tchai*, &c. 3° alii pronunciant consonantes *v* et *j* et dicunt v. g. *vang* et *jang*, alii dicunt *ouang* et *yang*.

NUMERUS SECUNDUS.

DE LITTERIS MEDIIS.

Notandum 1°· quod omnes voces sinicae pro unicâ syllabâ supponunt. Comprimis itaque cavendum ne ex una pessime pronunciatâ plures exsurgant: ne dicas *le-a-o*, sed *leao*; tres vocales raptim et quasi simul exire debent ex ore; noli dicere *ki-e-ou*, sed dic uno spiritu *kieou*.

Notandum 2°· quod ü gallicum alias nationes satis incommodet. Quando pronunciandum est *ou*, tunc ego semper scribo *ou*; quando scribo *u*, signum est quod sit nostrum *u* gallicum. Lusitani ponunt unum punctum super illud *u*, ut distinguatur ab *u* quod solent legere *ou*: addunt etiam unum *i* et scribunt kiüen, tsiüen &c. Nullus Sina dicit tsi-ü-en, sed uno ore tsiüen. At in vocibus yù, *yun*, *kiun*, &c. videtur quidem ibi esse *i*, sed non debet separari; non est dicendum *y-u-en* sed *yuen*.

Notandum 3°· quod *e* in medio vocis est semper mutum, et ad hoc mihi videtur servire ut *i* quod præcedit blandius ac mollius pronuncietur. Certe *yeou*, *hieou*, *kieou*, longe differunt ab *you*, *hiou*, *kiou*; nec tamen legi debent yé-ou, hié-ou, kié-ou, cum *e* aperto et sonante, sed yeou, hieou, kieou, &c.

Notandum 4°· quod in vocibus *meou*, *neou*, *teou*, et aliis id genus *e* sit quoque mutum et gallicum, non est mé-ou, té-ou, sed me-ou te-ou; istud *e* magis tamen sentitur quam in *mieou tieou*, et similibus, ubi *e* fere totum absorbetur ab *i* præcedenti.

Notandum 5°· quod in medio vocum occurrat quoque ó idemque fere sit ac *ou*. Sic chóa, tsóan est idem ac *choua*, *tsouan*; in hóang et *hoa* sentitur aliquatenus *o*. In aliis semper scribo *ou*; soüan, koüan, toüan, &c. Sic assuetus sum.

NUMERUS TERTIUS.

DE LITTERIS FINALIBUS.

Sunt ferè istæ *a, e, i, o,* ó, *ou,* ù, *l, n, ng,* de quibus aliquid seorsim dicendum. *A* numquam breve est, nisi notetur accentu quinto ◡; quamquam tunc non est adeo raptum, nisi certis in locis. *E* aliquando est apertum; dic ke, sùe, hùe, sicut Galli pronunciant *après, cyprès,* aut sicut Latini *ceres, pes,* &c; aliquando est masculinum et clarum; dic ye, kie, nùe, &c; sicut apud Latinos *fortè dicere, maxime,* &c; aliquando est fœmininum et mutum, v. g. ssëë, tsëë, chë, &c.

Ad *i* nota 1° quod isti soni *y, hi, ki, li,* &c. possent in duas species dividi. Sed qui sciunt sinicos accentus, longè melius per aures id sentiunt quam ego per verba possim exponere: in quinto accentu lĭ, kĭ, nŭ &c. addunt aliqui unum *e* mutum liᵉ, kiĕ, miĕ, &c.; Sed tale *e* nec debet audiri, nec vox ex eo produci, itaque ad errorem ducit; ergo potest omitti. 2° utrum soni fei, hoei koüei, choui essentialiter differant asserere non ausim: in plerisque putem quod *i* finale transeat in *e* mutum, feë, pro *fei,* hoëe pro *hoei,* &c. item quod interdum melius scribatur *ou* quam *ho,* dicaturque *kouei* non vero köei; item quod in istis *soui, toui, choui,* nullo modo appareat esse *e* ante *i.* Ausculta Sinas et auribus disce. 3° in istis sonis *hai, pai, lai* &c. quando finiunt orationem *i* pronunciatur ut *e* v. g. *lae,* veni; tunc multum sentitur *a,* parum *e,* nullo modo *i*; at si sequatur alia vox resurgit *i* v. g. laî *leao* venit. 4° in *yai, kiai, kiai, a* debet jungi cum *i* quod sequitur, non cum *i* quod præcedit: non est *kia-i* sed *ki-ai,* unicâ syllabâ non duabus.

O, saepius est longum presertim in primo accentu: dic tō ferè quasi esset tōo. Cum præcedit *a,* v. g. *hao, kao,* non sonat sicut Galli solent legere *haurire, causa,* sic enim *au* desinit in *o,* sed debet sentiri *a* et legi, sicut Normanni dicunt *haut* altus, *causer* garrire, et sicut bene multi legunt Latinè *haurio, caute* &c.

O vix differt ab *ou,* sed accentu quinto oŭ. Lusitani non scribunt oŭ, quia non habent morem hunc et quia revera in aliquibus locis legitur *o,* in pluribus aliis legitur *ou.* Scribunt ó ut sic distinguant ab *o,* certe toto cœlo differunt; v. g. 叔 chŏ vel xŏ, avunculus, à 勺 chŏ vel xŏ, cochleare.

Cum apud multas nationes *u* sonet sicut *ou,* ideo scribunt *pu, mu, nu,* non vero sicut nos Galli *pou, mou, nou,* &c. Si vero occurrat *u* gallicum quo carent, addunt punctum et scribunt v. g. çiü; nam si scriberent *çu,* et *tsu,* tunc legerent *tsou*; *siu* ipsis esset *siou* non vero siü.

Pro *u* gallico finali legunt ipsimet Sinae maxime Pekini *ou,* et dicunt *chou* pro *chu, tchou* pro *chu* &c. In certis litteris posset addi unum *e* mutum et scribi v. g. süë et tsüë pro sü, et tsü: per accentus te permitte regi.

N in fine pronunciatur sicut apud Latinos: *an* est domi? *en* adest, *in* antro &c. Caveant ergo Galli ne sinice dicant, *mien, tien, sien* ut in patriâ linguâ dicunt *mien* meus, *tien*, tuus *sien* suus: neque pronuncient *en* cum dicendum *in* v. g. ne dicant *min* sicut in voce *chemin* via; assuescant dicere *gin*, non verò *gen*. Normanni pronunciant sicut Sinae cum dicunt, *du vin* vinum, *matin* mane, non autem Parisini cum aperto ore dicunt *du vain*, et *matain*, licet scribant *vin* et *matin*: item ne jungant *n* cum vocali per quam incipit vox sequens, v. g. *na nien* pro *nan yen*; oportet utramque vocem totaliter separare. In sonis *feu, geu, keu*, &c. videtur esse *e* apertum sicut in *he, ke*, &c. Satis inutile est cum aliquibus scribere poüon, loüon, moüon &c. quia sonus iste vix differet à poüan, loüan moüan. Sunt quaedam litterae quae melius leguntur *pan, man, han*, quam poüan, moüan, hoüan, et vicissim; item aliae quaedam debent legi *men, pen, ven*, non vero moüen, poüen, oüen. At utrum *ouen, koen, kouen, tchouen*, valde differant ab *ouan, kouan, tchouan*, dubitari potest; plurimùm certè in his valet consuetudo quam primis annis imbuimus.

Ng finalis à Lusitanis scribitur per *m*, v. g. 堂 *tam* 生 *sem*: Hispani scribunt *tang, seng* Nullus est inter Gallos qui non legat *tam* ut latine *tam bonus*, et *sem* sicut *Noe genuit Sem*. Itaque consuevi cum Hispanis scribere *ng, tang, seng*. Sciendum tamen est quod quælibet alia consonans posset poni post *n* et eumdem sonum faceret. Nam illud *g* nullo modo pronunciari debet; indicat tantum quod syllaba sit mollior et forte longior; itaque *long* pronunciabitur ut apud Gallos *long*, longus, et *fong*, sicut Galli dicunt *les fonds de baptême*, non verò sicut latine *dives aquae fons*: dic *ming* sicut gallice *les chemins*, sed normannicâ pronunciatione; *fang* sicut *les enfans*, pueri &c.

Ex eo colliges quàm ineptè quidam velint ex vocibus sinicis latina vocabula procudere, pro *vou vang* ponentes *vouvangum*, et *tchingtangum*, pro *tching tang*, et litteratos familiarum *tang, song* et *ming* barbare et absurde vocantes *Tanganos, Songanos, Minganos*, eodem jure reddunt *kouei chin* per *koueichines*, et *chang ti* per *chantitum*.

Restat finalis *l* cujus pronunciatio difficile potest explicari. Lusitani scribunt *lh*, Hispani *ll*, alii *ull*. Ego malo scribere *eull*. Necessario audiendi sunt Sinæ.

CAPUT TERTIUM.

APPENDIX.

In hoc appendice catalogum texam omnium vocum linguae sinicae; poterat disponi à capite ad calcem juxta nostrum alphabetum, sed utilius fore putavi eum deducere secundum rhythmos, ita tamen ut in omnibus articulis alphabeticus ordo servetur.

Litteras finales omnes ad novem classes revoco, et in quâlibet classe terminationes ad marginem noto.

OMNIUM VOCUM LINGUÆ SINICÆ

Index Generalis.

PRIMA CLASSIS.

1°. a

chā 沙 sabulum.

chà 洒 aspergere.

chá 嗄 sonus vocis mutans.

chă 殺 occidere.

tchā 渣 fæces, *la lie.*

t'chā 差 discrepare.

t'châ 査 inquirere.

t'chà 槎 ramus præcisus.

tchá 詐 decipere.

t'chá 詫 prædicare.

tchă 札 epistola.

t'chă 察 examinare.

fă 法 ars, imitari.

hà 哈 sonus ridentis.

lă 拉 trahere.

mâ 麻 cannabis.

mà 馬 equus.

má 罵 maledicere.

mă 抹 extergere.

ná 拿 accipere manu.

nà 那 nota interrogantis.

ná 那 ille, illa, illud.

nă 捺 comprimere manu.

pā 芭 ficus indicæ.

p'ā 葩 elegantia, flos.

p'â 爬 repere, scabere.

pà 把 capere.

pá 罷 satis est.

p'á 怕 timere.

pă 八 octo.

p'ă 汃 fluctuum sonitus.

să 薩 idolum, *pou sa.*

tsā 嗟 heu! signum doloris.

tsà 咱 ego. 家咱

tsă 咂 lingere, sugere.

t'să 擦 fricare, *frotter.*

t'ā 他 ille, alter.

tà 打 percutere.

tá 大 magnum.

tă 答 respondere.

t'ă 獺 castor.

2°. ya

yā 丫 furca.

yâ 牙 dentes.

yà 雅 pulchrum.

yá 亞 secundus, alter ab illo.

yă 壓 subigere.

hiā 鰕 cammari

hiâ 遐 remotus.

hià 下 descendere.
hiá 下 infra.
hiă 瞎 caecus.
kiā 加 addere.
k'iâ 伽 idolum quoddam.
kià 假 falsum.
k'ià 髂 renum ossa.
kiá 稼 plantare.
kiă 甲 lorica, ungues.
k'iă 恰 commodum.
3o. ouā 哇 rana.
oua ouà 瓦 tegula.
ouá 㖿 pueri ploratus.
oŭa 韈 tibialia.
hoā 花 flos.
hoâ 華 pulchrum visu.
hoà 觟 ovis cornua.
hoá 話 verba.
hoă 滑 lubricum, *glissant.*
kouā 瓜 cucurbitæ.
k'ouā 誇 gloriari.
kouà 寡 modicum.
k'ouà 髂 ossa lumborum.
koúa 卦 symbola, libri *y king.*
k'oúa 跨 conscendere.
koŭa 刮 abradere.
chouà 耍 ludere, *badiner.*
choŭa 刷 scopulae, *des brosses.*
tchoŭa 檛 flagellum equi

CLASSIS SECUNDA.

1o. chē 奢 prodigus.
e chê 蛇 serpens.
chè 捨 adjicere.
ché 赦 parcere.
chĕ 舌 lingua.
chē 師 magister, (vel sseē)
chê 時 tempus, (vel chî)
chè 屎 stercus, (vel chì)
ché 是 est, (vel chí)
chĕ 室 domus, uxor
tchē 遮 cooperire.
t'chē 車 currus.
tchè 者 particula orationis!
t'chè 扯 manu trahere.
tché 這 iste, ista, istud.
tchĕ 折 plicare, frangere.
t'chĕ 徹 penetrare.
tchĕ 直 directum (vel chi)
t'chĕ 尺 pes, mensura (vel t'chĭ)
gè 惹 lacessere, provocare.
gĕ 熱 calidum.
gĕ 日 dies, sol.
hĕ 黑 nigrum.
kĕ 革 pellis.
k'ĕ 客 hospes.
lĕ 肋 costae.
mĕ 墨 atramentum
nghĕ 額 frons.
pĕ 白 album.
pĕ 拍 manu plaudere.
sĕ 虱 pediculus.
sseē 私 privatum
ssèë 死 mori.
sséë 四 quatuor.
tsĕ 擇 eligere.
t'sĕ 測 comprehendere.
tseē 髭 barba

tseè 子 filius.
tseé 字 litterae sinicae.
t'seē 雌 fœmina volucrum.
t'seê 慈 benignus.
t'seè 此 hic, hæc, hoc.
t'seé 次 ordo, series
tĕ 德 virtus.
t'ĕ 忒 error, peccatum.
yê 爺 pater.
yè 野 desertum.
yé 夜 nox.
yĕ 葉 folia.
hiĕ 蝎 scorpius.
kiĕ 竭 exhaurire.
k'iĕ 怯 timidus, *lâche*.
liĕ 列 ordinare.
miĕ 滅 exstinguere.
niĕ 蘖 prima germina.
piĕ 別 diversum.
p'iĕ 撇 percutere leviter.
sié 些 parùm.
siê 邪 curvum.
siè 寫 scribere.
sié 謝 gratias agere.
siĕ 泄 vel 洩 diffluere.
tsiē 嗟 suspirare.
tsiè 姐 soror major.
tsié 借 mutuari.
tsĕ 節 temperantia.
tiĕ 蝶 papilio.
t'iĕ 帖 libellus visitationis.
choue 說 dicere.
2°. tchouĕ 輟 cessare.
oue kouĕ 國 regnum.
ouĕ 物 res, vel oŭo vel oŭ.

foĕ 弗 non.
4°. hoĕ 或 vel, sive.
yue yuĕ 月 luna.
hiu^e 血 sanguis.
kuĕ 決 omninò, certè.
k'uĕ 缺 deficere.
suĕ 雪 nix.
tsuĕ 絕 abrumpere.

CLASSIS TERTIA.

1°.
i chī 詩 carmen.
chî 匙 clavis.
chì 始 initium.
chí 勢 qualitas, potestas.
tchī 知 scire.
tchì 止 sistere.
tchí 治 gubernare.
t'chī 癡 stolidus.
t'chî 池 fossæ, stagnum.
t'chì 齒 dentes.
t'chí 翅 alæ.
ȳ 衣 vestes.
ỳ 移 mutare.
ý 倚 inniti.
ŷ 義 justitia.
y̆ 益 addere.
hī 稀 rarum, parùm.
hî 奚 nota interrogationis.
hì 喜 lætari.
hí 戲 comedia, illudere.
hĭ 隙 foramen, rima.
kī ! 基 fundamentum.
kì 紀 annales.

kì 記 recordari.
kĭ 吉 bonum.
k'î 溪 rivus aquæ.
k'î 奇 mirabile, rarum.
k'ì 起 surgere.
k'í 棄 abjicere.
k'ĭ 乞 rogare.
lî 離 separari, sejungi.
lì 李 prunus.
lí 利 lucrum; acutus.
lĭ 力 vires.
mî 眉 supercilia.
mì 米 oriza decorticata.
mí 謎 ænigma.
mĭ 密 silentium.
nî 泥 lutum.
nì 你 tu.
ní 膩 pinguedo.
nĭ 逆 contrarius.
pî 卑 vilis, humilis.
pì 比 comparare.
pí 閉 claudere.
pĭ 鼻 nasus.
p'î 批 sententia, censura.
p'î 脾 stomachus.
p'î 痞 opilationes.
p'í 譬 comparatio.
p'ĭ 匹 par, *couple*.
sî 西 occidens.
sì 洗 lavare.
sí 細 subtile.
sĭ 夕 serò.

tsî 躋 ascendere.
tsì 擠 comprimere.
tsí 祭 offerre.
tsĭ 疾 morbus; citò.
t'sî 妻 uxor.
ts'î 齊 æquale, planum.
t'sí 砌 murum facere.
t'sĭ 七 septem.
tî 低 humile, non altum.
tì 底 fundum.
tí 地 terra.
tĭ 迪 hortari, dirigere
t'î 梯 scala, *echelle*.
t'î 題 argumentum.
t'ì 體 substantia, corpus.
t'í 剃 radere, tondere.
t'ĭ 惕 timere.
2a. chāi 篩 cribrum.
ai chài 灑 aspergere.
chái 殺 differentia.
tchāi 齋 jejunium.
tchái 債 debita.
t'chāi 差 missus.
t'châi 柴 ligna ad comburendum.
t'chài 跐 pedibus terere.
t'chái 嘬 avidè comedere.
hāi 咍 ridentis est.
hâi 孩 parvulus.
hài 海 mare.
hái 害 offendere.
kāi 該 oportet.

k'aī 開 aperire.
kài 改 immutare.
k'ài 愷 lætari.
kái 漑 irrigare.
lâi 來 venire.
lài 獺 pygmæi quidam.
lái 賴 inniti.
mâi 埋 sepelire.
mài 買 emere.
mái 賣 vendere.
nâi 腉 lac.
nài 嬭 mammæ.
nái 耐 patientia.
ngāi 哀 commiseratio.
ngài 藹 amabilis.
ngái 愛 amare.
pài 排 disponere.
pái 拜 salutare aliquem.
p'âi 牌 tabella, signum.
p'ài 擘 quot? *combien?*
p'ái 派 fluminis rami.
sāi 腮 genæ.
sái 賽 retribuere.
tsāi 災 calamitates.
tsài 宰 arbiter, dominus.
tsái 在 esse, existere.
t'sâi 財 divitiæ.
t'sài 采 colores.
t'sái 菜 herbæ comestibiles.
tāi 獃 rudis, nescius.
tài 歹 malum.
tái 代 loco alterius.
t'aī 胎 fœtus.
t'aî 臺 agger.
t'aì 奤 valde pinguis.
t'aí 太 magnus.
vāi 歪 non rectus.
vái 外 extra.

3a. ouai

choūai 摔 qui prius incedit.
choúai 帥 dux militum.
hoâi 懷 sinu fovere.
hoái 壞 destruere.
koūai 乖 contradicere.
koùai 拐 rapere per vim.
koúai 怪 monstrum.
k'oúai 快 lætari.

4a. yai

yāi 厓 ripa, littus.
yâi 崖 pes montis.
yài 矮 statura pusillus.
yái 隘 arctum, angustum.
hiâi 諧 consonare.
hiài 蟹 cancer.
hiái 懈 piger.
kiāi 皆 omnes.
k'iāi 揩 abstergere.
kiài 解 explicare.
k'iài 楷 forma, modus.
kiái 誡 præcepta.

5a. ei

fēi 非 non, reprobare.
fêi 肥 pinguis.
fèi 斐 ornatus moraliter.
féi 肺 pulmones.
oūei 煨 coquere sub cinere.
oûei 惟 solùm, cogitare.
oùei 唯 assentiri.
oúei 位 sedes, persona.

hoēi 灰 cinis.
hoêi 回 reverti.
hoèi 悔 pænitere
hoéi 誨 instruere.
koûei 規 circinus.
kouèi 鬼 spiritus.
koúei 貴 pretiosum.
k'oūei 盔 galea.
k'oûei 揆 conjectari.
k'ouèi 跪 genua flectere.
k'ouéi 喟 suspirare.
moêi 媒 pronubus.
moèi 美 pulchrum.
moéi 妹 soror major.
poēi 悲 compati.
poèi 俾 facere ut.
poéi 貝 conchylia.
p'oēi 丕 magnum; offerre.
p'oêi 培 excolere, alere.
p'oèi 配 comes, sponsa.
6°. uei juēi 蕤 de flore pendente.
juèi 蕊 flos nondum apertus.
juéi 睿 valde perspicax.
luêi 雷 tonitru.
luèi 壘 coacervare.
luéi 類 species.
nuèi 餒 fames.
nuéi 內 intùs.
7°. oui choûi 誰 quis?
choùi 水 aqua.
choúi 睡 dormire.
tchoūi 追 post aliquem ire.
tchoùi 棰 baculus, scutica.
tchoúi 墜 cadere.
t'choūi 炊 flare ad ignem.
t'choûi 槌 malleus.
t'choùi 揣 inferre.
t'choúi 吹 fistula canere.
oûi 微 subtile. } vel ouei.
oùi 尾 cauda. }
oúi 味 sapor. }
soūi 雖 licet, quamvis.
soûi 隨 sequi, obsequi.
soùi 髓 medulla ossium.
soúi 碎 minutiæ.
tsoūi 墔 accumulare.
tsoùi 嘴 os, labia.
tsoúi 罪 peccatum.
t'soūi 摧 vigere, excitare.
t'soùi 嶊 de monte alto.
t'soúi 啐 prælibare.
toūi 堆 acervus.
toùi 憞 odisse.
t'oūi 推 recusare.
toúi 對 ex adverso.
t'oûi 隤 cadere, destrui.
t'oùi 腿 sura, *les cuisses.*
t'oúi 退 retrocedere.

CLASSIS QUARTA.

1°. o chŏ 杓 vel 勺 cochleare.
tchŏ 桌 mensa.
t'chŏ 綽 indulgere, tardè.
jŏ 弱 debilis.
hŏ 呵 (打 tà) oscitare.

hô 和 concordare.
hò 火 ignis.
hó 貨 merces, *marchandises.*
hŏ 合 conjungere.
kō 哥 frater major.
kò 果 certè, fructus.
kó 个 (——y̆) unus.
kŏ 各 quilibet.
k'ō 窠 nidus.
k'ò 可 decet, convenit.
k'ó 課 preces.
k'ŏ 渴 sitire.
lô 羅 rete, *filet.*
lò 躶 nudus.
ló 稞 cumulus.
lŏ 落 cadere, labi.
mô 摩 palpare, *toucher.*
mò 麽 nota interrogationis.
mó 磨 molâ atterere.
mŏ 末 extremi rami.
nô 儺 blandus, tener.
nò 娜 (婀 ò) pulchrum.
nó 懦 debilis.
nŏ 諾 vox assentientis.
ngô 鵝 anser.
ngò 我 ego.
ngó 餓 esurire.
ngŏ 咢 tympano ludere.
ō 猗 猗 de visu pulchro.
ŏ 扼 comprimere, regere.
pō 波 fluctus.
pò 跛 claudus.
pó 播 disseminare.
pŏ 薄 non spissum.
p'ō 玻 vitrum.
p'ô 婆 mulier.
p'ò 頗 valdè, multùm.
p'ó 破 destruere.
p'ŏ 撥 emittere, aperire.
sō 唆 (哄 hong) deludere.
sò 所 locus, qui, quæ, quod.
só 些 parùm; (vulgò siē).
sŏ 索 funis, *une corde.*
tsò 左 læva.
tsó 做 facere.
tsŏ 作 agere.
t'sō 磋 polire, limare.
t'sô 痤 parva pestis.
t'sò 瑳 ridendo dentes ostendere.
t'só 剉 lima, *une lime.*
t'sŏ 錯 errare.
tō 多 multi, multum.
tò 朶 sertum, *un bouquet.*
tó 惰 piger.
tŏ 鐸 campanula.
t'ō 拖 deducere, trahere.
t'ô 駝 camelus.
t'ò 垛 scopus, *le blanc.*
t'ó 唾 sputum, expuere.
t'ó 脫 solvere, exuere.
2°. chao 燒 assare.
ao châo 韶 voces consonæ.
chào 少 parum, deesse.
cháo 紹 connectere.
tchao 招 manu advocare.
tchào 爪 animalium ungues.

tcháo 召 voce vocare.
t'chāo 超 excedere.
t'châo 潮 maris æstus.
t'chào 炒 torrere.
t'cháo 鈔 moneta.
jaô 饒 parcere.
jaò 擾 tumultuari.
jáo 繞 in orbem vincire.
hāo 蒿 absinthium.
hâo 豪 aper.
hào 好 bonum.
háo 好 amare.
kāo 尻 finis spinæ dorsi.
k'aō 高 altum.
kaò 考 examinare.
k'aò 杲 clarum, patens.
káo 告 admonere.
k'áo 靠 inniti.
laô 勞 labor, merita.
laò 老 senex.
maō 毛 plumæ, pili.
mào 卯 hora sexta matutina.
māo 貌 pulchritudo.
naô 撓 scabere.
naò 腦 cerebrum.
náo 鬧 perstrepere.
ngāo 鏖 fortiter pugnare.
ngâo 遨 otiari, vagari.
ngaò 襖 vestis duplex.
ngáo 傲 superbus.
paò 飽 satur.
paō 包 obvolvere.
páo 抱 amplecti.

p'aō 脬 urinæ vessica.
p'aô 袍 tunica.
p'aó 砲 bombardæ.
sāo 騷 tristis.
sào 掃 verrere.
[illegible] 燥 siccum.
tsāo 遭 offendere, *rencontrer.*
tsào 早 mane.
taśo 造 producere.
t'sāo 操 capere, premere.
t'saô 嘈 strepitum edere.
t'saò 草 herbæ.
t'saó 慥 solidè verus.
[illegible] 刀 gladius.
taò 島 insula.
taó 道 via, ratio, sermo.
t'aō 叨 concupiscere.
t'aô 桃 mala persica.
t'aò 討 castigare.
t'aó 套 involucrum.
leaò 遼 late circuire.
leaó 療 morbos curare.

3o. yao

yaò 腰 renes.
yaô 堯 valde eminens.
yaò 咬 mordere, rodere.
yaó 要 necesse est, velle.
hiāo 哮 irati fremitus.
hiào 曉 scire.
hiáo 孝 pietas filialis.
[illegible] 交 conjungi.
kiaò 皎 lunæ splendor.
kioá 教 lex.
k'iāo 敲 percutere, virga.

k'iâo 喬 altum.
k'iaò 巧 artificiosè.
k'iaó 竅 foramen.
miâo 猫 feles.
miaò 秒 res minuta.
miáo 妙 mirabile.
niào 鳥 avis.
niáo 尿 urina.
piāo 標 signum, insigne.
piaò 表 stilus horologii.
piáo 裱 benè ligare.
p'iaō 飄 à vento agitari.
p'iaô 瓢 crater, cochleare.
p'iaò 殍 cadaver in viis.
p'iaó 瞟 siccare ad solem.
siāo 硝 nitrum.
siaò 小 parvus.
siaó 笑 ridere.
tsiaō 燋 urere, assare.
tsiaò 勦 destruere, exstinguere.
t'siaō 鍫 instrumentum ruris.
t'siaò 焇 furtim.
t'siaô 瞧 aspicere.
t'siaó 峭 mons altus.
tiaō 刁 falsus, deceptor.
tiaó 弔 condolere.
t'iaō 挑 ferre in humeris.
t'iaô 條 ramus.
t'iaò 誂 verbis seducere.
t'iaó 跳 saltare.

3°. yo

yŏ 樂 musica.
hiŏ 學 studere.
kiŏ 腳 pedes.
k'iŏ 確 forte, solidum.
liŏ 略 modicum.
niŏ 虐 crudelis.
siŏ 削 dolare.
tsiŏ 鵲 pica.
t'iŏ 爵 calix, officium.

4°. ouo

ouŏ 窩 nidus, lectus.
ouŏ 斡 circumvolvere.
houò 賀 congratulari.
kouō 鍋 ahenum.
koúo 過 excedere.
koŭo 郭 muri exteriores.
k'ouŏ 闊 amplum.

CLASSIS QUINTA.

chŏ 叔 avunculus.
tchoŭ 竹 canna, *bamboa.*
t'chŏ 觸 cornu petere.
foŭ 福 felicitas.
jŏ 辱 injuria, *affront.*
hŏ 忽 titivillitium.
koŭ 骨 ossa.
k'oŭ 哭 plorare.
loŭ 六 sex.
moŭ 目 oculus.
nŭ 恧 pudor.
poŭ 不 non.
p'ŏ 勃 colere, venerari.
soŭ 粟 granum.
tsoŭ 足 pedes.
t'sŏ 數 spissum.
toŭ 讀 legere.

t'ŏ 禿 calvus.
yoŭ 育 filios enutrire.
hiŏ 畜 alere.
kioŭ 菊 flos autumnalis.
k'ioŭ 曲 non rectum.
ouŏ 沃 irrigare.

CLASSIS SEXTA.

1°.
ou foū 敷 promulgare.
foû 扶 adjuvare, *soutenir.*
foù 撫 blandiri, tangere.
foú 父 pater.
hoū 呼 spiritum mittere.
hoû 壺 vas vini.
hoù 虎 tigris.
hoú 互 mutuo.
koū 孤 pupillus.
koù 古 olim.
koú 故 causa.
k'oū 枯 arbor sicca.
k'où 苦 amarum.
k'oú 庫 ærarium.
loû 爐 vas pro igne.
loù 魯 hebes, stupidus.
moû 摸 vel 模 forma.
moù 母 mater.
moú 墓 tumulus.
noû 奴 servus, *esclave.*
noù 弩 arcus, *arbalestre.*
noú 怒 ira.
ngoû 吾 ego, meus.
oū 烏 corvus.
où 惡 odio habere.
oú 誤 decipi.
poú 哺 lac sugere.
poù 圃 hortus.
poú 捕 capere, v. g. papiliones.
p'oû 匍 repere humi.
p'où 浦 ramus ex flumine.
p'oú 舖 taberna.
soū 穌 revivescere 甦 idem.
soù 數 numerare.
soú 數 numerus.
tsoū 租 locare.
tsoù 祖 avus.
tsoú 助 adjuvare.
t'soū 初 initio.
t'soû 鋤 ligo, *hoyau.*
t'soù 楚 affligi, dolere.
t'soú 醋 acetum.
toū 都 omnes, aula.
toù 睹 vel 覩 videre.
toú 肚 venter.
t'oû 徒 discipuli.
t'où 土 terra, lutum.
t'oú 兎 lepus.
voû 無 nihil.
voù 武 bellator.
voú 務 totus esse in.
2°.
eou cheoū 收 recipere.
cheoù 手 manus.
cheoú 受 accipere 授 tradere.
tcheoū 舟 navis.
tcheòu 帚 scopa.
tcheóu 晝 dies.

t'cheōu 抽 extrahere.
t'cheôu 稠 spissum.
t'cheòu 醜 deformis.
t'cheóu 臭 fætor.
feōu 浮 supernatare.
feoù 否 non.
feoú 覆 protegere.
jeoû 柔 mollis, obsequens.
jeoà 揉 molle reddere.
jeoú 揉 gubernare.
heōu 齁 rhonchos edere.
heôu 喉 guttur.
heoù 吼 clamor v. g. tigridis.
heoú 後 post.
keōu 鉤 uncus, fibula.
keoù 狗 canis.
keóu 摳 vacuare, *vider.*
k'eoū 摳 vestes attollere.
k'eoù 口 os hominis.
k'eóu 叩 tundere, v. g. terram capite.
leoû 樓 superior contignatio.
leoù 摟 amplecti.
leoú 陋 vilis.
meoû 謀 consultare.
meoù 牡 masculus, v. g. bos.
meóu 茂 densus, florens.
neóu 耨 occare.
ngheōu 甌 parva patera.
ngheôu 齵 dentes imequales.
ngheòu 偶 numerus par.
ngheóu 漚 macerare, *rouir.*
p'eoū 呸 sorbere.
p'eoû 裒 demere ex.
p'eoù 剖 scindere.
seoū 搜 inquirere, scrutari.
seoù 藪 stagnum pingue.
séou 瘦 macer.
tseōu 陬 angulus.
tseòu 走 ambulare.
tseóu 奏 imperatori referre.
t'seōu 搊 dare manum, *aider.*
t'seôu 愁 mæstus.
t'seóu 湊 addere ut impleatur.
teoū 兜 galea, *un casque.*
teoù 斗 mensura quædam.
teoú 豆 vas quoddam.
t'eoū 偷 furari.
t'eoû 頭 caput.
t'eoù 妵 pulchra puella.
t'eoú 透 bene penetrare.

9. yeou

yeōu 幽 secretus, remotum.
yeôu 油 oleum.
yeoù 友 amicus.
yeóu 右 dextra.
hieōu 休 quiescere.
hieòu 朽 putrescere.
hieóu 齅 odorari.
kieōu 鳩 turtur.
kieoù 九 novem.
k'ieōu 丘 collis.
k'ieóu 救 salvare.
k'ieoû 求 petere, rogare.
k'ieoù 捄 detinere.
lieoû 留 retinere, v. g. hospitem.
lieoù 柳 salices.
lieoú 霤 medium domus.

mieôu 繆 arcte conjuncti.

micóu 謬 errare.

nicôu 牛 bos.

nieoù 紐 nodus.

nicóu 狃 assuctus.

pieōu 彪 tigridis maculæ.

sieoū 修 ornare, æternum.

sicoù 滫 aqua lotæ orizæ.

sicóu 秀 amænum, florens.

tsieōu 揫 prehendere.

tsicoù 就 sequi, statim.

t'sieōu 秋 autumnus.

t'sieôu 囚 incarceratus.

t'sicoù 瞅 irati aspectus.

t'sicóu 甃 puteum componere.

ticōu 丟 abjicere.

CLASSIS SEPTIMA.

1°.
u chū 書 libri, litteræ.

chû 暑 æstas.

chú 樹 arbor.

chŭ 述 referre, tradere.

tchū 諸 omnes.

tchù 主 dominus.

tchú 柱 columna.

tchŭ 窋 exire ex antro.

t'chū 樞 cardo.

t'chû 廚 culina.

t'chú 處 locus.

t'chŭ 出 exire.

jû 如 sicut, si.

jù 乳 lac, lactare.

jú 孺 infans.

sū 需 expectare.

sû 徐 paulatim.

sù 醑 bonum vinum.

sú 序 ordo, præfatio,

sŭ 恤 compati.

tsū 苴 species cannabis,

tsú 聚 multitudo, colligere.

t'sū 趨 currere.

t'sû 取 capere.

t'sú 娶 uxorem ducere.

2°.
yu yū 迂 remotus, v. g. à vero.

yû 魚 pisces.

yù 雨 pluvia.

yú 雨 pluere.

yŭ 域 terminus, mundus.

hiū 虛 vacuum.

hiù 許 promittere.

hiú 酗 valde ebrius.

hiŭ 闃 solitarium.

kiū 居 habitare, quiescere.

kiù 舉 erigere.

kiú 懼 timere, *craindre.*

kiŭ 橘 species aurantii.

k'iū 軀 corpus hominis.

k'iû 劬 labor.

k'iu 去 ejicere.

k'iú 去 abire.

k'iŭ 屈 contrahere.

liû 驢 asinus.

liù 侶 collega.

liú 慮 benè cogitare.

liŭ 律 regulæ, leges.

niù 女 puella.

niú 女 puellam maritare.

CLASSIS OCTAVA.

1°. cûll 兒 filius.
1 eùll 耳 auris.
eúll 二 duo.
2°. chān 山 mons.
an chàn 訕 obloqui.
t'chān 攙 juvare ut surgat.
t'chân 慚 erubescere.
t'chàn 產 producere.
t'chán 懺 pænitere de.
tchàn 斬 decapitare (sic).
tchán 賺 lucrari.
fān 番 (一ỹ) semel.
fân 煩 molestum esse.
fàn 反 contrà.
fán 飯 oriza cocta.
hān 酣 ebrius.
hân 寒 frigus.
hàn 罕 rarò, rarus.
hán 汗 sudor.
kān 甘 dulce.
k'ān 刊 præcidere.
kàn 敢 audere.
k'àn 坎 fossa, periculum.
kán 幹 truncus.
k'án 看 aspicere.
lân 闌 consumi, finire.
làn 懶 lentus, piger.
lán 爛 putrescere.
mân 蠻 barbari quidam.
mán 慢 male tractare.
nân 南 meridies.
nàn 赧 ex pudore rubere.
nán 難 difficile.
ngān 安 firmum, quies.
ngàn 闇 obscurum.
ngán 按 archivium.
pān 班 ordo, dispositio.
p'ān 攀 urbaniter detinere.
pàn 版 vel 板, tabulæ.
pán 扮 componere, fingere.
p'àn 盼 aspicere.
sān 衫 indusium.
sàn 傘 umbraculum.
sán 散 dispergere.
tsān 簪 acus pro capillis.
tsàn 攢 ligna ad torquendum.
tsán 讚 laudare.
t'sān 參 par, æqualis.
t'sàn 蠶 bombyces.
t'sàn 慘 crudelis.
t'sán 粲 oriza candidissima.
tān 丹 color rubens.
tân 談 disceptare.
tàn 胆 fel, *courage.*
tán 淡 insipidum.
t'ān 貪 concupiscere.
t'àn 坦 terra elevata.
t'án 炭 carbones.
ván 萬 decem millia.
houān 完 perficere.
hoân 還 reverti.
houàn 緩 procrastinare.
hoán 患 afflictiones.
kouān 冠 pileus.

kouàn 管 curam gerere.
kouán 慣 assuescere.
k'ouān 寬 benignè.
k'ouàn 款 bene tractare.
louân 鑾 crepitacula.
louàn 卵 ova.
louán 亂 turbare, regere.
moûan 瞞 celare.
moùan 滿 plenus.
moúan 曼 terminus.
nouàn 暖 tepidum.
nouán 懦 debilis.
ouān 剜 celare, *ciseler.*
ouân 刓 præcidere
ouàn 碗 scutella.
ouán 玩 ludere, *badiner.*
pouān 般 modus.
pouán 伴 socius.
p'ouān 潘 nomen oppidi.
p'ouân 盤 lances, vasa.
p'ouán 判 judicare.
souān 酸 acidum.
souán 算 numerare.
tsouān 鑽 terebrare.
tsouàn 纂 compendium facere.
tsouán 鑽 terebra.
t'souān 竄 in foveam ingredi.
t'souân 攢 in unum colligere.
t'souán 爨 focus, *le foyer.*
touān 端 extremum, *un bout.*
touàn 短 brevis, curtus.
touán 斷 secare, dividere.
t'ouān 湍 citò fluere.
t'ouân 團 circumdare.
t'ouàn 躖 calcare.
t'ouán 彖 herinaceus.

3°. en

chēn 羶 hircum olere.
chên 廛 taberna.
chèn 閃 declinare.
chén 善 bonum.
tchēn 瞻 suspicere.
tchèn 展 evolvere.
tchén 戰 præliari.
t'chēn 纏 fascia, vincire.
t'chên 蟬 cicada.
t'chén 諂 adulari.
fēn 分 pars, partiri.
fên 墳 tumulus.
fèn 粉 orizæ farina.
fén 糞 stercus.
gên 髯 barba.
gèn 染 tingere, *teindre.*
nghēn 恩 beneficium.
hēn 痕 cicatrix.
hèn 狠 rixosus.
hén 恨 odisse.
kēn 根 radix.
k'èn 懇 instanter rogare.
kén 艮 forte, firmum, sistere.
k'én 硍 tumor in lapillis.
mên 門 porta.
mén 悶 tristitia.
pēn 奔 currere.
pèn 本 radix, principale.
pén 体 hebes.
p'én 噴 sternutare.

sēn 森 de multis arboribus.
tsēn 蓁 de amœnis frondibus.
t'sēn 嵾 montes inaequales.
153. 辨事公到錢·爛頭豬到火 hò táo tchū t'coû làn, tsiên táo kōng ssée pién, ignis coquit caput porci et pecunia lites absolvit.

154. 子父無上場錢賭 toù tsiên tch'âng chàng voû foú tseè, in alearum palæstrâ, non habetur ratio patris et filii.

155. 行當厭行當 táng háng yèn táng háng, figulus figulo invidet.

156. 耳有壁風有墻 tsi'âng yeoù fōng, pĭ yeoù èll, parietes audiunt.

157. 施西出內眼人情 tsing gîn yèn nuéi t'chu si che, amor cœcus est; quisquis amat ranam, ranam putat esse Dianam.

158. 醜所有施西·美所有母嫫 moû moù yeóù sò moèi, si chi yeoù sò tch'eòu, turpissima Moù-mou in aliquo pulchra est, et formosissima Si chi in aliquo fœda.

159. 杭蘇說下·堂天說上 chàng choūe t'ien t'âng, hià choūe soū hâng, supra est Paradisus, infra sunt urbes Sou tcheou et Hang tcheou.

160. 散易容雲彩·圓常不月明 ming yue pou tch'âng yuên, t'sài yûn yông y sàn, Luna non diu plena est, et nubes aurea facile dissolvitur.

161. 火救薪抱 páo sin kieóu hò, ligna ferre ut ignem extinguas.

162. 惡不禮惡人 gîn ngŏ lì pou ngŏ, lex bona est sed homo malus est.

163. 來初婦敎·孩嬰子訓 hiūn tsee yng hai, kiao fou tsou lâi, pueri à teneris annis docendi, et uxor à primo suo adventu instituenda.

164. 殃者人訟·祥者心訟 song sin tche tsiang, song gin tche yang, qui secum pugnat felix, qui cum aliis decertat miser.

165. 近相暮與·醒初睡老 lao choui yeou sing, yu mou siang kin, *Jeune qui veille et vieux qui dort, ne sont pas fort loin de la mort.*

F I N I S.

NOTA.

In hâc secunda parte non jam alloquor tyrones; itaque paulatim omitto notare accentus, imo litteras sinicas latinis characteribus reddere necessarium esse non arbitror. Quisquis primam hujus operis partem benè semel didicerit, talibus adjumentis non ultra indigebit.

NOTITIÆ LINGUÆ SINICÆ

PARS SECUNDA.

DE SINICA ORATIONE IN NOBILIORI LIBRORUM

STYLO.

Quoniam in introductione non pauca dixi quæ libros sinicos generatim attingunt, utile erit illa identidem consulere, neque enim in his ultra velim diutius immorari.

In quinque capita hanc secundam operis mei partem divido. 1um Caput satis breve quædam exponet circa grammaticam et syntaxim, quorum in primâ parte mentio facta non fuit; 2um Caput continebit tractatum de particulis, quibus proprius hujus linguæ genius maxime cognoscitur, et phrases ab invicem distinguuntur; 3um Caput aget de diversitate styli et de optimo genere scribendi; 4um Caput explicabit varias figuras tam verborum quam sententiarum; 5um Caput varias locutiones ex elegantioribus colliget.

CAPUT PRIMUM.

DE GRAMMATICA ET SYNTAXI RELATIVE AD LIBROS.

Iterum moneo quod verus orationis sinicæ sensus haberi non possit, nisi sciatur, 1°. An in phrasi de quâ agitur exprimatur verbum, et quænam littera illud indicet; an vero, quod sæpe accidit, verbum subaudiatur; 2°. Quis sit nominativus verbi; sive exprimatur, sive non; 3°. Quodnam sit verbi regimen; 4°. An quædam sint nomina quæ a se invicem pendeant, ut apud latinos, *Deus Sanctus, liber Petri.* Cum semel hæc nota erunt, facile colligetur litteras quæ supere,unt, vel meras particulas esse, vel adverbia et alia id genus.

Quæ ad grammaticam et syntaxim sinicam pertinent satis fusè jam exposui in prima hujus operis parte, et quoniam hæc omnia etiam in stylo grandiori plerumque servantur, in istis quisquiliis nunc non immoror, sed pauca quæ librorum propria sunt aliquot numeris breviter absolvam.

NUMERUS PRIMUS.

Vocabula quæ multitudinem denotant, quamplurima sunt, nec unicus eorum usus, alia enim postponi debent et alia praeire.

Postponi debent 皆 kiāi, 俱 kiū, 咸 hiên, 都 toū:

1°. 皆 kiāi, omnes; v. g. 四海之內皆兄弟也 sséo hài tchī nuéi kiāi hiōng tí yè, in toto terrarum orbe, omnes sumus fratres; 三尺童子皆知可惡 sān t'chĭ t'ông tseè kiāi tchī k'ò oú, vel parvi pueri omnes sciunt hoc esse odio dignum; 人皆曰予知 gîn kiāı yuĕ yû tchī, homines omnes jactant se scire. Pessimè diceres 皆人曰.

2°. 俱 kiū, idem fere est ac 皆 kiāi. Eleganter Tchoūang-tsee ait: 人之生也與憂俱生 gîn tchī sēng yè, yû yeōu kiū sēng; si simpliciter dixisset 人與憂俱生 sententia multum lucis et roboris perdidisset, ideo suspendit orationem et ait 人之生也 quando homo nascitur; 與憂俱生 ad ærumnas perferendas sine ullo discrimine nascitur. Non nisi post longum usum senties quod hoc loco 俱 kiū melius ponatur quam 皆 kiāi. In libro Chu-king legitur 予及汝皆亡 yû kĭ jù kiāi vâng, utinam nos tecum pariter pereamus. Sed 皆 kiāi hoc loco non mere significat *omnes*, et ideo Mong-tsee hunc textum citans non posuit 皆 sed 偕 kiāi, unà, simul: 予及汝偕亡 yû kĭ jù kiāi vâng, nos tecum unâ pereamus. Reperitur apud Sun-tsee et in commentariis Gĕ-kiang et alibi littera 舉 kiú, in eodem plane sensu ac 俱 omnes.

3°. 咸 hiên, v. g. 萬國咸寧 ván kouĕ hiên nîng, regna omnia mundi pace fruuntur.

4°. 都 toū: non dicitur 都人 toū gîn, omnes homines, sed 人都 gîn toū. Hoai-nan-tsee ait quidem 都不可得 toū poŭ k'ò tĕ, hæc omnia haberi non possunt, sed illa prius commemoraverat et deinde simul conjungit more solito per 都 toū.

Debent anteponi 衆 tchóng, 諸 tchū, 庶 chú, 多 tō.

1°. 衆 tchóng, omnes, bene multi. Tchoüang-tsee ait: 矣衆技衆 tchóng kì tchóng y, omnes sese mutuo tollunt; 紜紛說衆 tchóng choüé fèn yûn, omnes sententiæ confusæ inter se et permixtæ. In libro Chu-king additur 有 yeoù et deinde sequitur adhuc 咸 hiên; 命朕聽咸衆有濟濟 tsì tsì yeoù tchóng hiên t'ing tchín ming, vel: 有方萬爾嗟誥人一予聽明衆 tsie èll ván fāng yeoù tchóng ming t'ing yū y gîn kaó; vel 西呼嗚言朕聽咸衆有土 oū hoū si t'où yeoù tchóng hiên t'ing tchín yên, tres istæ phrases eodem fere recidunt sensus est: ô vos omnes qui conferti adestis, simul audite mea jussa. Notabis in quo differant, ut vis styli sensim agnoscatur. 師 Ssēe idem prope est ac 衆 tchóng: 有以師之有九 y yeoù kieoù yeoù tchi ssēe, ut haberet novem regionum multitudinem, i. e. ut totius mundi populis imperaret.

2°. 諸 tchū, v. g. 說諸 tchu choüĕ, omnes opiniones; 儒諸 tchu jû, omnes litterati; 家諸 tchu kiā, omnes philosophorum familiæ; 子諸 tchu tseè, omnes philosophi; 侯諸 tchū heôu de se significat omnes reges tributarios, sed usus invaluit, ut hæ duæ litteræ talium regulorum dignitatem significarent.

3°. 庶 chú, v. g. 士庶 chú sseé, omnes mandarini; 人庶於至子天自 tsée t'iēn tseè tchi yu chú gîn, ab ipso Imperatore usque ad omnes homines.

4°. 多 tō multi, v. g. 士多爾 èll tó ssée, ô vos quotquot adestis mandarini; 方多爾 èll tō fāng, ô vos ex omnibus regionibus collecti. In eodem sensu Chu-king ponit 僉 tsiēn, v. g. 曰僉 tsiēn yuĕ, omnes unâ voce dixerunt.

Quaedam nomina de se multitudinem denotant, v. g. 民 mîn populus; 民下祐天 t'iēn yeóu hiá mîn, cœlum adjuvat inferiores populos; 羣 ki'ûn, grex: 龍羣 ki'ûn lông, omnes dracones. Item assumuntur magni numeri 兆 tchaó, 億 y, 千 ts'ien, 萬 ván, imo 四 ssée, quatuor, et 九 kieoù, novem, v. g. 方萬 ván fāng, omnia loca, 民萬 ván mîn, omnes populi; 海四 ssée hài, omnia maria; 方四 ssé fāng, omnia loca; 凶四 ssée hiōng, omnes improbi; 州九 kieoù tcheōu, vel 有九 kieoù yeoù, totus orbis.

Universalitas etiam declaratur per duas negationes, v. g. 不無 voû poŭ, vel 不莫 mŏ poŭ, nihil non, nullus non, i. e. omnia, omnes. Interdum inseritur relativum 所 sò: 能不所無在不所無.知不所無 voû sò poŭ nêng, voû sò poŭ tchī, voû sò poŭ tsái, omnia potest, omnia scit, est in omni loco.

Denique potest assumi comparatio aliqua, v. g. 林如 jû lîn, sicut arbores silvarum; 山如 sicut montes, vel omisso jû: 海人山人 gîn chān gîn hài, hominum montes et maria, i. e, homines conferti sicut montium cacumina et fluctus maris.

NUMERUS SECUNDUS.

Pronomen 1æ personae multis modis exprimitur. 1° Olim quilibet homo poterat dicere 朕 tchín, ego. Tsin-chi-hoang voluit id esse solis imperatoribus proprium. In Chu-king Rex de se loquens ait: 人一予 yû y gin, ego unus homo, vel 子小予 yû siaò tseè, ego parvus filius. In Tso-chi, &c., Reges tributarii dicunt 人寡 kouà gin, vel 仁寡 kouà gin, ego. In multis locis senes dicunt 夫老 laò fōu, ego. Subditi se vocant 臣 tʻchîn, discipuli 生門 mên sēng, &c.

2° 我 ngò, frequenter occurrit in veteribus libris. Confucius aiebat; 之知而生非我者 ngò fei sēng êll tchi tchī tchè, ego non illud scivi a nativitate meâ. Littera tchi 之 designat virtutem, sapientiam, bonum, &c; praecipue in hoc libro Lun-yu. Idem Confucius ait: 未我者仁好見 ngò oüéi kién háo gîn tchè, ego neminem adhuc vidi qui virtutem vere amaret. Unus ex ejus discipulis ait: 也我諸加之人欲不我 ngò poŭ yŏ gîn tchi kiā tchū ngò yè, ego non amo ut melior dicar quam revera sum.

3° 吾 ngoû, etiam sæpe occurrit; Confucius ait: 學於志而五有十吾 ngoû chĕ yeoù où êll tchí yū hiŏ, ego decimo quinto aetatis meae anno me totum virtutis studio tradidi. Tseng tsee ait: 身吾省三日吾 ngoû gĕ sān sìng ngoû chīn, ego me quotidie examino circa tria puncta; et statim affert illa. Secus potest esse sensus: ego ter in die me examino.

4° 予 yû, 予於德生天 tʻiēn sēng tĕ yū yû, cœlum, inquit Confucius, produxit virtutem quæ est in me; 之愛始予 yû chì ngái tchi, ego tunc amavi librum illum, inquit Ngheou-yang-sieou; 余 yû idem est ac 予 yû. Tchoŭang-tsee ait 如語余來 lâi yû yù jù, veni et ego instruam te.

5° Sæpe adhibeat suum proprium nomen. Sic Confucius vocabatur 丘 kʻieōu; ideò ait: 之知必人過有苟.幸也丘 kʻieōu yè hìng, keoù yeoù koŭó, gin pĭ tchi tchi, næ ego sum felix; si quid erravi, omnes statim id resciunt. Ngheou-yang qui vocabatur Sieōu ait: 焉修於取奚 hî tsù yū sieōu yēn, quis ego sum ut alii ex me aliquid discant? Sæpe loco nominis proprii ponunt litteram 某 meoù.

6° In suis epistolis iidem authores dicunt 僕 poŭ, ego servus tuus, sicut nos in Europâ. Quando agitur de doctrina sua et afferunt sententiam suam, modestè dicunt 愚 yû, ego qui minime sum ingeniosus.

7° Ista pronomina aliquando respondent Gallicæ particulæ *on*, nec personam ullam indicant, sed hominem ut sic interdum supponunt pro noster, v. g. 朝國我 ngò kouĕ tchʻaô,

nostra hæc familia regia; 上皇我 ngò hoâng chàng, noster Imperator. Sic in Chu-king, 后予徯 hî yû heóu, expectamus nostrum regem.

Pronomen 2æ personae non minus diversimodè exprimitur. 1o. Subditi alloquentes suum Imperatorem dicunt 上皇 hoâng chàng, vel 下陛帝皇 hoâng tí pí hià, vel 子主 tchù tseè, si sunt Tartari. Imperator vero regni ministros vocat 卿 k'ing. Alia id genus habes prima parte duobus in locis.

2o. 爾 èll in Chu-king et aliis antiquis libris sæpe occurrit; 及所爾非 fēi èll sò kĭ, hoc vires tuos superat; 夫是有爾與我惟 ouêi ngo yū èll yeoù ché fou, ego et tu soli hoc habemus.

3o. 汝 ju est valde usitata vox. Chu king ait: 矜不惟汝賢汝惟禹來 lâi yù ouêi ju hiên, jù ouêi poŭ kin, adesdum, Yu, tu solus sapiens, tu solus te non jactas. Tchoüang-tsee ait: 乎者虎養夫知不汝 jù poŭ tchī foû yàng hoù tchè hoû, an ignoras mores eorum qui alunt tigres?

4o. Apud Tchoüang tsee legitur 女 jù, 如 jù, et 若 jŏ, in eodem prorsus sensu ac 汝 jù, v. g. 若語吾 ngoû yù jŏ, vel 女語余 yû yù jù, vel 如語余 yû yù jù, tibi dico.

5o. Persaepè utuntur littera 子 tseè, v. g. 若奚爲以子吾 ngoû tseè y ouêi hî jŏ, quid tibi ea de re videtur? Tchoüang-tsee interrogat pisciculum quem cœperat et illum vocat 子 tseè, perinde ac si esset gravis aliquis philosophus. Magistri vocant discipulos 子小 siaò tseè, *filioli*; 如語余進子小 siaò tseè tsín, yû yu ju, ingredere fili mi et ego dicam tibi. Confucius ait; 子小三二 éll sān siaò tseè, filioli mei: 三二 éll sān, duo, tres, numerus indefinitus, signum est quod pluribus loqueretur. In Chu-king, Rex milites vocat 子夫 foū tseè, et sic eos hortatur; 哉最子夫子夫哉最 tsoúi tsāi foū tseè, foū tseè tsoúi tsāi, contendite, generosi commilitones, viri estote.

6o. In epistolis multae sunt urbanae compellationes; frequentius occurrit 下足 tsoŭ hià. Nghcou-yang-sieou ait: 哉信取所下足爲足安 ngān tsoŭ ouêi tsoŭ hià sò t'sù sín tsāi, quis ego sum ut a te obtineam fidem? In hoc exemplo littera 足 tsoŭ primo loco posita significat satis, sufficit; sic dicitur 信足不 poŭ tsoŭ sín, hoc non est satis credibile; 足 quae sequitur significat pedes et dicitur 下足 tsoŭ hià, tu domine, sicut dicitur 下陛 pi hià, tu Imperator. Dicitur quoque 子夫老 laò foū tseè, vel 人大老 laò tá gîn, vel 生先老 lao siēn sēng, compellando eos quos volumus honorare, ut pote nobis multum superiores sive dignitate sive scientiâ.

Pronomen 3æ personae etiam late patet. 1o. 是 ché, hic, haec, hoc, v. g. 是於 yū ché, tunc in hoc sc. tempore, in his circumstantiis; 以是 ché y, hoc propter, ideo, &c; 也時是當 tāng ché chê yè, in illo tempore; 是反人小 siaò gîn fàn ché, improbi non hoc sed plane

contrarium agunt. 2° In eodem sensu reperitur 時 chê, sed rarius; nam 時 proprie significat tempus. 3° 斯 ssée, v. g. 者三斯知 tchi ssée sān tchè, qui bene novit hæc tria. 4° 之 tchī quoties est regimen verbi; 之知 tchi tchi, scire hoc. 5° 諸 tchū, v. g. 諸有識不 pou chī, yeoù tchū, ignoro utrum hoc sit, detur, accidat, et respondent 之有 yeoù tchi, datur hoc, hoc revera fit, &c. 6° 彼 pì, v. g. 時彼 pì chê, vel 時微 ouêi chê, in illo tempore. 7° 此 ts'eè, v. g. 此以 y ts'eè, propter hoc; 此知如 jû tchi ts'eè, si semel hæc noverit. Adjungitur 之 tchi, vel 其 k'ī, v. g. 也謂之此 ts'eè tchi ouèi yè, atqui is est hujus loci sensus; 所其此矣鮮之至以 ts'eè k'ī sò y tchî tchi sièn y, et hoc est propter quod tam pauci huc usque perveniunt. 8° 夫 foū, v. g. 者學夫 foū hiŏ tchè, illi qui litteris student; 夫 foū, bene incipit orationem. 9° 厥 kuĕ, frequenter legitur in Chu-king: 常厥德厥位厥保.德厥常亡以有九 tch'âng kuĕ tĕ paò kuĕ ouéi, kuĕ te fĕi tch'âng, kieòu yeoù y vâng, qui constans est in virtute conservat suam sedem, si vero virtus non est constans, totum orbem amittes. 10° 茲 tsée, v. g. 茲在不文 vên poū tsái tsée, nonne vera doctrina hic adhuc vivit? et in Chu-king, 茲在茲念 nién tsée tsái tsée, cogitat de hoc qui hic adest. 11° 其 k'ī, v. g. 餘其 k'ī yû, reliquum; amat poni post nomen; 與也知大其舜 chún k'ī tá tchi yé yû, Chun ille quam sapiens erat! 乎處其地.乎運其天 t'iēn k'ī yún hoū, tí k'ī t'chú hoū, cœlum ne movetur? stat ne terra? inquit Tchoüang-tsee; 乎矣神其心人 gîn sin k'ī chîn y hoū, animus hominis ille annon est spiritus? Valde usitatus est ille loquendi modus: Videtur primo quidem esse veluti nominativus absolutus, 心人 hominis animus, ita ut lector ibi tantisper hæreat, et deinde rursus incipiat per 其 k'ī, ille sane spiritus, verbum *est* subauditur. Sic 乎矣順其母父 foú moù k'ī chún y hoū, parentes, proh! quam contenti et laeti sunt!

Pronomen 己 kì, respondet nostro *sui, sibi, se*, v. g. 之有己若枝有之人 gîn tchi yeoù kì jŏ kì yeoù tchī, oportet de proximi bonis lætari sicut de propriis; 之欲而己於同欲不而己於異 t'ông yū kì êll yŏ tchi, y yū kì êll poū yŏ, amamus quod nobis est conforme et quod est contrarium odimus; 己克 kĕ kì, seipsum vincere; 人從己失 chĕ kì ts'ông gîn, aliorum sententiam suæ propriæ præponere. Litteræ 身 chin, 躬 kōng, et 親 t'sin, propriam quoque personam denotant. v. g. 身修 sieōu chin, propriæ perfectioni vacare; 耕躬子天 t'ien tseè kōng keng, Imperator ipsemet propriis manibus terram arat; 之筆筆親 t'sin pī pī tchi, propria manu, proprio calamo scripsit hoc; 口親 ts'in ke'où, proprio ore, nihil porro refert an hoc dicam de me ipso, an de te loquar, an demum de aliquo tertio.

NUMERUS TERTIUS.

Eamdem litteram modo nominis, modo verbi locum tenere posse notum est etiam tyronibus. Id tamen aliquot exemplis juvat ob oculos ponere; 王之下天 t'ien hiá tchi vâng, totius orbis rex: 下天王 váng t'iēn hià, regere totum orbem; 帝天 t'iēn tí, cœli dominus; 天帝 tí t'ien, dominari cœlo. Quidam petiit a Mong-tsee, 定乎惡下天 t'ien hiá oū hoū tíng, quomodo possit imperium stabiliri? Stabit, inquit Mong-tsee, quando non erit divisum, 一於定 ting yū y. Reponit alter quis illud poterit adunare, seu facere ut non sit divisum, 之一能孰 choū nêng y tchi. Mong-tsee respondet, is scilicet qui sanguine non gaudebit, 之一能者人殺嗜不 poū chí chă gîn tchè nêng y tchi. Eadem littera 一 y sumitur ut vides, pro verbo *adunare* et pro nomine adjectivo *unus*. Volunt hodierni scholarum magistri ut littera mutet accentum quoties de nomine fit verbum. Hoc negat author dictionarii Tching-tsee tong, et contendit quod olim non erant hujusmodi accentus. Ut ut sit, certe verbum ex solo contextu orationis et independenter ab accentu cognosci potest, v. g. in his quatuor litteris 之一能孰 choū nêng y tchi, nullus sensus esse potest nisi littera 一 y sumatur pro verbo, nam 孰 choū, *quis?* est nominativus verbi nêng 能 *posse:* quis potest, quis poterit. 之 est relativum supponens pro 下天 t'ien hiá, seu pro orbe de quo sermo est. Restat 一 y, quæ littera nullum omnino sensum efficiet nisi sumatur pro verbo quod regat 之 tchi, et sic clarissime patet litteram 一 hoc loco esse verbum. Sic Han-yu loquens de Bonziis ait oportere 人其人 gîn k'î gîn, facere ut sint homines, illos humanizare, si sic loqui fas est. Sic liber Tao-te-king: 道可道 táo k'ò táo, ratio de qua licet loqui; 名可名 míng k'ò míng, nomen quod potest nominari. 1a. Littera 道 táo et 名 míng est nomen; 2a. est verbum. In 人其人 gîn kî' gîn, 1a. littera 人 gîn est verbum, 2a. est nomen. Facile est Europæis omnia nomina, sic, ut ita loquar, *verbificare*. At in eo non nimis audendum censeo, ne multa nobis excidant sinicis auribus insolita, ac proinde 生 seng, hoc est nova, cruda, et nimis acerba.

Sunt quidem aliquæ litteræ quæ de se actionem aliquam ita significant, ut ad nomina descendere posse vix putem, hoc est, ut cum grammaticis loquar, quæ de se ita vivunt ut mori nequeant fierique ex vivis, 字活 hŏ tsée, mortuæ et inanimae, 字死 sseè tseé. Sed nullae, nisi fallor, reperiuntur, quibus de se mortuis vita non interdum detur saltem in aliquo sensu. Sic v. g. duae litterae 地天 t'iēn ti, materialiter sumptae designant vulgo cœlum et terram. Si vero dicas 天天 t'ien t'ien, erit cœlificare cœlum, seu constituere cœlum in ratione cœli, et

地 地 ti tí eodem modo erit dare terrae ut terra sit. In vulgari sermone 天 天 t'ien t'ien idem est ac 日 日 gĕ gĕ, quotidie; 地 地 ti tí, non puto esse in usu inter loquendum, quamvis recte dicatur 處 處 t'chú t'chú, in omni loco. Atque ex ejusmodi notis sensim disces quod lingua sinica, licet amphibologiis suis non careat, tam multas tamen non habet quam videtur imperitis. Circa verborum regimen notandum est, 1°. quod eleganter ponatur ante verbum v. g. 也 知 吾 不 poŭ ngoŭ tchi yè, nemo me novit, inquit Confucius; si dixisset 也 吾 知 不 poŭ tchi ngoŭ yè, minus elegans fuisset oratio; si dicas 也 知 不 吾 ngoŭ poŭ tchi yè, sensus erit ego nescio. 2°. Multa verba postulant ut regimini addatur 於 yū vel 乎 hoū. Sic 善 乎 明 mîng hoū chén, melius dicitur quam 善 明 mîng chén, cognoscere quod bonum est; 我 於 問 人 gîn vén yū ngò, aliquis petiit à me. Plura exempla vide infra, cum agitur de particulis 於 et 乎. Caput sequens longe majoris momenti est.

CAPUT SECUNDUM.

DE SINICÆ ORATIONIS PARTICULIS

TRACTATUS.

Non me fugit eos qui grammaticae tradunt leges vulgo dividere particulas orationis in quaedam genera seu classes, v. g. in copulativas, disjunctivas, augentes, et minuentes, &c. Si vellem eos in eo sequi nullum foret operae pretium. Absit ut ad nostras linguas sinicam revocare velim; nihil è contra cupio magis quam efficere ut missionarii mature assuescant suas ideas resolvere, easque a proprio uniuscujusque idiomate abstractas et nudas sinicis vestibus induant. Valeant itaque Despanterus et Alvarus, dum sinicas particulas in decem et octo distinctis articulis minutatim discutere et explicare conabor.

ARTICULUS PRIMUS.

DE PARTICULA 之 tchi.

§us 1us. Quod in familiari sermone est 的 tĭ, hoc in libris est particula 之 tchī: notat genitivi casum, v. g. 道 之 學 大 tá hiŏ tchi táo, magnae sapientiae ratio, seu id in quo consistit magna disciplina; 孝 hiáo, seu pietas filialis est 義 仁·宗 之 善 衆·原 之 行 百

實之 pĕ hîng tchi yuên, tchóng chén tchi tsōng, gîn y tchi chĕ, omnium recte factorum fons et radix, bonorum omnium longe præstantius, charitatis et justitiae fructus et soliditas. Solent plures ejusmodi phrases inter se similes deinceps ponere ut suo loco dicetur uberius. Si post nomen quod est in genitivo casu sequuntur duo alia nomina, numquam omittitur 之 tchi, v. g. 之天命明 t'iēn tchi mîng mîng, cœli clarum mandatum. Si vero duae sint litteræ in genitivo, saepius subauditur 之 tchi, v. g. 命帝上於寧敢不 poŭ kàn nîng yû chāng tí míng, non ausim securus esse mandatorum supremi domini; 命帝上諱敢不 poŭ kàn t'î chàng tí míng, non ausim transgredi mandatum domini. At cum sunt duo nomina substantiva deinceps, inter utrumque subauditur 之 v. g. 命天 t'iēn míng, cœli mandatum; 意天 t'iēn y, cœli voluntas et intentio; 心天 t'iēn sin, cœli cor seu animus; 道天 t'iēn táo, cœli via; 典天 t'iēn tièn, cœli leges immutabiles; 討天 t'iēn t'ào, cœli castigationes; 子天 t'iēn tseè, cœli filius; 法國 kouĕ fă, regni leges; 路水 choùi loú, iter per aquam: Si diceres 路之水 choùi tchi loú, tunc esset aquae seu fluminis cursus. Si vero sunt duo nomina vel ante vel post, tunc omittitur vel ponitur 之 tchi, prout docebit usus; 主之物萬 ván ouĕ tchi tchù, omnium rerum dominus; 宰主之地天 t'iēn tí tchi tchù tsài, cœli ac terrae dominus et arbiter; 人之國中 vel 人國中 tchōng kouĕ gîn, sinenses; 人之實老 vel 人實老 laò chĕ gîn, homo rectus, bonus, simplex; 人之土西 si t'où tchi gîn, occidentales; 强之方北 pe fāng tchi k'iâng, borealium robur; 子君之德盛 tchíng tĕ tchi kiūn tseè, homo magnae virtutis. Aliquando repetitur 之 ad quodlibet nomen, v. g. 稱共所世萬道之文之氏韓 hân chi tchi vên tchi táo, ván ché sò kóng tsūn, modus scribendi, eloquentia, *Han-yu* ab omnibus in aevum laudabitur. Ita Ngheou yang: 也心一原心之人之下天與心之人聖 chíng gîn tchi sin yû t'iēn hià tchi gîn tchi sin yuên y sin yè, sancti cor ab aliorum orbis hominum corde primitus non differt. Poterat dicere 心人之下天 sed longe melius ac clarius dixit 心之人之下天 quia 心人 significat affectus naturales homini qui diversi esse possunt, et tunc sensus esset quod affectus naturales omnibus hominibus iidem sint ac cor sancti, quod falsum est. Necesse proinde est repetere 之 tchi post 人 ut sensus sit quod cor (心).. 之人 gîn tchi, hominum, 之下天 totius orbis, &c.; 也神之教之王先此 ts'eè siēn vâng tchi kiaó tchi chîn yè, atque is erat priscorum regum docendi spiritualis modus. Quisquis scit linguam sinicam sentit quod illud 之 inter 教 et 神 non possit omitti quin phrasis et sensus claudicent.

§us 2us. Saepe 之 fit regimen verbi et supponit pro 其 k'î, ille, illa, illud. Dices tunc non est particula. R. Scio, sed quid refert? an mihi nefas est omnes usus alicujus litterae una simul explicare? 實之之行如未要之之知·要之之知如未博之之學 hiŏ tchi tchi pŏ, ouéi jû tchi tchi tchi yaó, tchi tchi tchi yaó ouéi jû hîng tchi tchi che, satius est scire quod est

in virtute praecipuum quam addiscere quidquid ad eam spectat, et longe melius est ad praxim illud praecipuum reducere, quam illud praecise cognoscere. Ex duobus illis 之, primus est casus verbi, secundus est nota genitivi. Quod Tchu-hi verbose ait, idem ante brevius et elegantius dixerat liber Lun-yu; 之行如不之樂 ·之樂如不之知 tchi tchi poŭ jû lŏ tchi, lŏ tchi poŭ jû hîng tchi, melius est gaudere bono quam bonum cognoscere, et melius est operari bonum quam sterili amore illud prosequi; 之救誠心 sîn t'chîng ki'eôu tchi, corde sincero salvare eum; 之求心一 y sîn ki'eôu tchi, totis viribus ad eum contendere.

§us 3us. Eadem littera 之 interdum verbaliter sumitur et significat ad aliquem locum transire, accedere. Et si tunc sequatur 之 erit regimen verbi 之, v. g. 之之能不 poŭ nêng tchī tchi, non potest illuc ire, transire; 路之之之知不 poŭ tchī tchi tchi tchi loú, ignoro viam quæ illuc ducit. 1a Littera 之 est verbum pergere; 2a est verbi regimen, pergere ad illum locum; 3a est nota genitivi; et 路 loú, via, est regimen verbi 知 scire.

§us 4us. 之 frequentissime jungitur cum nominibus tam substantivis quam adjectivis, nec tunc est nota genitivi sed potius videtur esse articulus postpositus; 之人 gîn tchī, homo, Gall. *l'homme;* 之民 min tchi, *le peuple,* populus; 之命天 t'iēn mîng tchi, mandatum à cœlo; 也人爲之回 Hoêi tchī ouêi gîn yè, Hoei discipulus Confucii, homo erat qui, &c.; 義仁小之子老 laò tscè tchī siaò gîn y, philosophus Lao-tsee extenuat charitatem et justitiam. Si nomina sint adjectiva vel participia potest poni 之 tchi, sed sæpius ponitur 者 tchè: 之古 koù tchi vel 者古 koù tchè, veteres, 之老 laò tchi vel 者老 laò tchè, senes, 者學 hiŏ tchè, studentes. Cum sequitur aliud nomen non ponitur 之 tchi: 人老 laò gin senex; 帝古 koù tí, Rex antiquus; 天形 hîng t'iēn, visibile cœlum; 天神 chîn t'iēn, spirituale cœlum; 人詩 chi gîn, Poeta; 人文 vên gîn, homo politus et urbanus; 人罪 tsoúi gîn, peccator.

§us 5us. 之 et 者 simul eleganter ponuntur, idque fit variis modis: 1o. 也經於之者學 hiŏ tchè tchi yû king yè, studentes quando agitur de libris *king.* Hunc modum loquendi explicabo fusius articulo quarto. 2o. Ngheou-yang ait: 也過之者易學是 chi hiŏ y tchè tchi koúó yè, atque is est excessus eorum qui toti sunt in libro Y-king; 之者政爲善此也術 ts'eè chén ouêi tching tchè tchi chŭ yè, atque hæc est ars eorum qui rectè gubernant; 者學之後 heóu tchi hiŏ tchè, litterati posteriorum ætatum; 者政爲之故 koú tchi ouêi tching tchè, veteres qui rempublicam administrabant. Modeste de se loquens Ngheou-yang-sieou ait: 者賤之士某 meoù sséo tchi tsién tchè, ego quo nullus inter litteratos vilior. Scio equidem quod in exemplis 之 tchi designat genitivum. Separatim tamen posui, quia mihi videtur esse styli forma.

§us 6us. Littera 謂 ouéi bene jungitur cum 之 hoc modo: 道之矩絜謂之此 ts'eè tchi ouéi kié kiù tchi táo, atque istud est quod appello mensuram et regulam charitatis erga proximum; 慊自謂之此 ts'eè tchi ouéi tseè k'iĕ, hoc vocatur seipso contentum esse. Han-yu ait: 道謂之焉之而是由 yeôu ché êll tchi yên tchi ouéi táo, ad hoc pergere et progredi vocatur via. Littera 之 tchi prima est verbum, secunda est particula; inseruit 焉 yên ob majorem claritatem; vide particulam 焉 yen, articulo decimo. In Ta-hiŏ legitur 本知謂此 ts'eè ouéi tchi pèn, hoc dicitur scire radicem. Sequens phrasis notanda propter stylum: 神謂之者之妙·帝謂之者之主 tchù tchi tchè tchi ouéi tí, miáo tchi tchè tchi ouéi chîn, qui rebus omnibus dominatur, is appellatur Dominus, et qui pulchritudinem illis addit vocatur spiritus. Litteræ 主 et 妙 sunt verba, seu participia propter particulam 者. 1a littera 之 est casus verbi, secunda est particula. Verti 之 per res omnes, quia hæc phrasis explicat verba libri Y-king: 物萬妙 miáo ván ouĕ, decorat res omnes. Idem sensus potest sic exprimi: 神之謂言之妙以·帝之謂言之主以 y tchù tchi yên, sub hoc respectu, ouéi tchi tí, vocatur dominus,—y miáo tchi yên, sub hoc alio respectu, ouéi tchi chîn, dicitur spiritus.

§us 7us. Notandi adhuc sunt modi sequentes: 行能之未 ouéi tchi nêng hîng, nondum valet hoc agere; Transpositio elegantior quam si diceres 之行能未 Sic Mong-tsee: 之莫禁 mŏ tchi kín, nihil illum prohibere aut retardare potest. Dic 之禁莫 alius sensus exsurget. Soleat statim aliquid ponere quod vulgo accidit, v. g. 之有者至不而行 hîng êll poŭ tchí tchè yeoù tchi, sese movere nec tamen pervenire, hoc quidem contigit. Deinde addunt aliquid quod est ADUNATON: 也有之未者至能而行不 poŭ hîng êll nêng tchí tchè ouéi tchi yeoù yè, sed nullum possum facere et tamen pervenire quo cupis, umquam hactenùs id accidit. Nota 1o. 有之 tranpositio elegans; nam in primo membro non potest dici 有之, sed dicendum 之有 accidit quidem hoc. In secundo autem membro si 之 pingatur cum 未 idem erit ac numquam; 之未 si sit regimen verbi 有 erit elegantius; 曰之有諺故 koú yén yeoù tchi yuĕ, est antiquum proverbium quod ait; 之無 voû tchi, hoc esse, vel fieri nequit.

ARTICULUS SECUNDUS

DE PARTICULA 者 tchè.

---

§us 1us. Jungitur cum verbis et sic participia denotat, v. g. 者生 sēng tchè, viventes; 者死 sseè tchè, mortui. Nunc magistri utpote seniores vocantur 生先 siēn sēng, antea nati;

Juvenes vero dicuntur 生後 heóu sēng, postea nati. Non ita Confucius, sed sine metu mortis dicere solebat 者死先 nos qui prius moriemur, 者死後 vos qui postea moriemini; 無 者情 voû ts'îng tchè, homines male nati, nullum affectum habentes. Subauditur verbum 有 yeoù, habere; 之敬恒人者人敬.之愛恒人者人愛 ngái gîn tchè gîn hêng ngái tchī, kìng gîn tchè gîn hêng kìng tchī, qui alios amat ab aliis etiam semper amatur, et qui colunt, vicissim coluntur: ita Mong-tseè. Jungitur quoque nominibus, v. g. 者聖 chíng tchè, sancti; 者愚 yû tchè, stupidi et improbi; 者性 síng tchè, natura; 水樂者知.山樂者仁 gîn tchè lŏ chān, tchī tchè lŏ choùi, viri optimi gaudent montibus et viri docti gaudent aquis.

§us 2us. In nostris linguis frequentissima sunt nomina quæ vocantur abstracta, v. g. bonitas, fortitudo, &c; et qui virtutes illas habet dicitur bonus, fortis. At in lingua sinica cavendum ne nimium audeamus. Longe securiùs est iis tantum uti formulis quæ apud optimos authores reperiuntur, quam velle de suo nova procudere. Liber Tchong yong ponit differentiam inter 者誠 tch'îng tchè, et 者之誠 tch'îng tchī tchè, et addit quod 誠自者誠 tch'îng tchè ts'ée tch'îng, veritas sit a seipsa veritas, sicut 道自道 táo tsée táo, ratio est à se ratio. Unde mihi videtur quod 者誠 tch'îng tchè, sit ipsamet summa perfectio atque veritas, 者之誠 tch'îng tchī tchè vero dicatur de homine qui habet perfectionem labore suo partam, uno verbo 者誠 est in abstracto, et 者之誠 est in concreto.

§us 3us. 者 postulat sæpe particulam 也 yè sibi correspondentem, vel sibi conjunctam, et hinc nascuntur tres modi valde notandi.

Primus modus quoties explicatur aliqua littera, v. g. 也本者德 tĕ tchè pèn yè, virtus est quid principium ac veluti radix; 也原之泉者山 chān tchè ts'uên tchī yuên yè, montes sunt origo fontium; 也人者仁 gîn tchè gîn yè, charitas est ipsemet homo; si sensus sit libri Tchong yong quod charitas sit naturalis homini, sive quod à naturâ suâ homo propensus sit ad charitatem et virtutem; verum utique istud erit: Si vero, ut vis hujus loci videtur innuere sensus est quod homo sit ipsamet charitas, istud de puro homine sine errore dici non potest, de homine-Deo verissimum; 也正者政 tching tchè tchíng yè, 也孝者教 kiáo tchè hiáo yè, littera 政 gubernium, idem est ac 正 rectitudo, et littera 教 lex, institutio, idem est ac 孝 obedientia et amor filialis. Non erit, opinor, inutile hoc loco pauca notare. Inter duas litteras 政 et 正 sicut inter 教 et 孝 tota differentia, ut ipsis oculis patet, venit a littera laterali 攵; Porro juxta Choŭĕ ven 攵 significat urgere, percutere; unde 敏 min, urgere, maturare, nihil est aliud quam 每 crebrò, 攵 percutere: si semper aliquem urgeas, tandem properabit; dant animos plagæ. Tolle illud adjutorium à 教 et à 政 nihil aliud remanebit quam 孝 hiáo, amor filialis, et 正 tchíng, rectitudo, nec amplius 政 tching, gubernio, vel 教 kiao documentis opus

erit. Hinc dicitur quod justo non est lex posita, neque enim rectificatur quod rectum est, nec impellitur ad amorem quisquis à se ipso amat. Sed hæc per transennam.

Secundus modus quoties aliqua littera de qua sermo fuerat resumitur, ut adhuc melius explicetur, tunc post illam ponitur 者也 yè tchè. Sic in libro Tchong-yong, postquam locutus est de lumine naturali, seu de rectâ illâ viâ quæ dicitur 道 táo, sic postea resumit; 者也道 也道非離可.離臾須可不 táo yè tchè poŭ k'ò sū yû lî, k'ò lî fēi táo yè, illa recta via de quâ loquor ne puncto quidem temporis potest deseri; si deseri impune posset hoc ipso recta via non foret. Sic idem liber: 也本大之下天者也中 tchōng yè tchè t'iēn hiá tchi tá pèn yè, quod appello medium est veluti magna totius orbis radix. Potest addi 夫 initio; v. g. 也盧蒲者也政夫 præclarum illud regimen de quo agimus est simile grandibus illis calamis qui crescunt juxta aquas.

Tertius modus: in fine ponitur 也者 tchè yè, sive præcedat 者 sive non: 繼善者孝夫 也者事之人述善·志之人 foū hiáo tchè chén kí gîn tchī tchí, chén chŭ gîn tchi ssée tchè yè, amor filialis in eo est, ut filius continuet patris incepta, et eum posteritati clarum reddat; 也者嫁后而子養學有未 ouéi yeoù hiŏ yàng tseò êll heoú kiá tchè yè, numquam visa est puella quæ disceret modum alendæ prolis, ut postea nuberet. Littera 后 heoú in libro Tá-hiŏ sumitur pro 後 heoû, postea; 也者身其及烖者此如 jû ts'èe tchè tsāi kĭ kî chīn tchè yè, qui sic se gerit, procul dubio feret infortunium. Reperitur apud Ngheou-yang 邪者 tchè yê, pro 也者 et idem auctor aliique optimi scriptores habent 也是 v. g. 有人之故 也是王武·者之行 koú tchī gîn yeoù hîng tchi tchè, voù vâng ché yè, non desunt inter veteres qui sic fecerunt, talis fuit Vou-vang. In hoc et similibus exemplis, male diceres 也者 pro 也是.

§ = 4ᵘᵐ. Interdum omittitur istud 也 finale, v, g. 出而悖亦者入而悖貨 hó póei êll gĕ tchè y póei êll t'chŭ, male parta, male dilabuntur. Si posuisset 也者 alius esset sensus, nimirum afferret hoc vetus dictum ad probandum id quod intenderet. Nunc autem adducit ejusmodi proverbium præcise ut illud afferat: 者之為知不而善遷日民 populus quotidie melior evadit, nec scit quomodo sic in virtute proficiat, vel quis talem mutationem efficiat. Notandus est hic locus ex Han-yu 也之言義與仁去者云德道言所之子老 laò tseè tchi sò yên táo tĕ yûn tchè, k'iú gîn yù y yên tchi yè, Lao-tsee discurrens de via et virtute, quidquid dicit, ideo dicit ut charitatem et justitiam de medio tollat. Nota 1°. 言所 habet 者云 cui respondet. 2°. Post 子老 Lao-tsee est particula, at post 言 est regimen et refertur ad 德道. 3°. 之言 respondet ad 言所. 4°. 也 refertur ad 者 more solito. 5°. Denique 言所.... 者云 sò yên....yûn tche, est modus loquendi quem vidi quoque in aliis libris in eodem prorsus sensu.

ARTICULUS TERTIUS.

DE PARTICULA 也 yè.

Licet jam quædam dicta sint de hac particula longe tamen plura dicenda superant.

§ᵘˢ 1ᵘˢ· Non est semper necesse ut præcedat 者 v. g. 也仁己成 tch'îng kì gîn yè, seipsum perficere charitatis est; 也過遠能不而退退能不而善不見 kién poû chén êll poû nêng toùi, toùi êll poû nêng yuèn, kouó yè, videre malos nec illos abigere, abigere quidem se non ita longè, lenitatis excessus est; 能不 non potest, non debet semper rigorosè accipi, non potest abigere; 退能不 id est non sustinet abigere, non expellit quia non vult; 遠 yuèn, longe, vel est verbum elongare, vel subauditur 退 expellere. Tchouang-tsee ait: 哉遠呼嗚 也道於分其 oû hoû yuèn tsâi k'î fên yû táo yè, id est latinè 道於遠分其 ille aberrat longe à viâ. Sed sinicè quam ornatius et fortius! 1°· Exclamat 呼嗚 eheu! 2°· affectum suum adhuc exprimit per 哉; 哉遠 proh quam longe! 3°· demum in fine addit 也; sic 哉大 也言 tá tsâi yên yè, grandia sunt ista verba. Modus loquendi admodum frequens.

§ᵘˢ 2ᵘˢ· Aliquando videtur esse mera finalis, v. g. 也人猶吾訟聽 t'ing sóng ngoû yeoû gîn yè, audire lites, ego sicut alter; id est, possem ego secare lites sicut quivis alius; 君故 也獨其慎子 ideo sapiens comprimis vigilat super ea quorum solus est conscius et testis.

§ᵘˢ 3ᵘˢ· Interdum debet poni 也 in fine primi membri, v. g. 矣之知吾也行不之道 táo tchi poû hîng yè, ngoû tchi tchi y, quod vera doctrina peccat, ego scio cur ita sit. Est mera finalis quæ sæpissime sic ponitur post *yè*, ob numerum et gratiam; 猶人也大之地天 憾所有 t'iēn tí tchi tá yè gîn yeoû yeoù sò hán, quamtumvis vasta sit cœli et terræ magnitudo, homo tamen aliquid ultra desiderat: &c. 其也下天有之農神者昔, olim Chinnong habuit orbis imperium is, &c. Ngheou yang tsee ait: 也物爲之禮夫 具之僻邪其閑而情之人飾以所之人聖 Ritus seu exterior urbanitas in manibus sancti est velut instrumentum quo decorem addit hominum affectibus, et pravos eorum excessus reprimit. Paulò clarius hæc phrasis est enucleanda: Nota 1°· Sex primæ litteræ nihil aliud dicunt quam quod innuit sola littera 禮 ritus. Europæus diceret 也具者禮 ritus sunt instrumenta; ac deinde adderet, &c. 以之用人聖 sanctus illis utitur ut, &c. 2°· Videamus quomodo elegans Sina orationem suam disponat: 1°· Sensum suspendit in primis sex litteris. 2°· Litteram 具 instrumentum remittit ad finem, et facit præ-

cedere quæcumque fiunt cum tali instrumento. 3°. 人聖 sanctus, est nominativus duorum verborum 飾 et 閑. 4°. 情之人 passiones, affectus, est regimen verbi 飾 chĕ. 5°. 而 est particula copulativa. 6°. 其 refertur ad 情 illos affectus. 7°. 僻邪 est regimen verbi 閑. 8°. 之 quod est ante 具 notat genitivum et regitur à 具, quæ littera sic debet poni ultimo loco, propter 以所 quod importat duo, scilicet, ornare 飾 et reprimere 閑, instrumentum per quod, 以所, ornat et reprimit. Si phrases omnes hoc modo vellem grammatice dissecare nullus esset finis. Oportebit ergo ex iis, quas interim minutatim sic expono, periculum facere in aliis quas enucleandas relinquo.

§us 4us. Particula 也 fere semper adjungitur nominibus propriis. Sic in libro Lun yu Confucius loquens de suis discipulis Yeôu, Kieoû, Hoêi, vel ipsos alloquens, dicit: 也由 yeôu yè, 也求 k'ieôu yè, 也回 hoêi yè; 封呼嗚 oū hoū fōng, et 禹來 lâi yù; fōng et yù, sunt nomina propria: Ridicule diceres 也禹來, si vero dicas 來也禹 poterit esse sensus quod Yù veniat vel venerit. Sed cum dicit 禹來 sensus est quod jubeat Yù accedere, adesdum Yù. 封 Fōng vero satis fulcitur per illam exclamationem 呼嗚 oū hoū. Pessime diceres 也封呼嗚.

§us 5us. 也 locum habet in responsis, v. g.: Quæres: 乎可 k'ò hoū? licet ne? R. 也可不 poū k'ò yè, non licet. Q. 乎善 chén hoū, R. 也盡未而矣善 chén y êll ouéi tsín yè, bonum quidem at nondum optimum: 盡 exhaurire, subauditur 善 chén.

§us 6us. Amat multoties repeti ut dicam cap. 4°. Interim pauca hæc collige; 也同所姓 也獨所名 sing só t'ông yè, mîng sò toû yè, nomen familiæ commune est multis, parvum nomen unicuique est proprium; 也一也異無 voū y yè y yè, nulla vel levis differentia est. Affert rationem et deinde concludit: 也異無也一則 tsé y yè voū y yè, ergo nullum est discrimen: Ita Ngheou yang tsee. 也符信也燭智也服禮也路義也宅仁 gin tsĕ yè, y loú yè, lì foú yè, tchi tchŏ yè, sín foû yè, charitas est nostra domus, justitia nostrum iter, urbanitas nostra vestis, prudentia nostra fax, fides nostrum sigillum; Ita Yang-tsee. Quinque sunt phrases omnino gemellæ et quælibet praeclaram speciem menti offert. Liber Tchong-yong ait: 也能可不庸中也蹈可刃白也辭可祿爵也均可下天 t'ien hiá k'ò kiūn yè, tsiŏ loŭ k'ò ts'eŏ yè, pĕ gin k'ò táo yè, tchōng yōng poŭ k'ò nêng yè, orbis pacificari potest, dignitates possunt recusari, calcari possunt nudi enses, medium teneri non potest; nihil difficilius quam auream mediocritatem servare.

§us 7us. Sæpe adhibetur ut fulciat aliquam litteram quæ secùs injucundè caderet, v. g. 也一賤貴無喪之母父 foú moù tchi sāng voû kouéi tsién, y yè, in luctu parentium, i. e. cum agitur de luctu post mortem patris et matris servando, sinicè 喪之母父, sic oratio suspenditur, et fit quasi nominativus absolutus. Tres litteræ sequentes non referuntur ad 喪 luctum, sed ad filios qui luctum servare debent, non interest utrum sint nobiles aut plebei.

Demum littera 一 y refertur ad 窶 et ostendit quod sive dives sive pauper, ad unum et idem tenentur omnes. Littera 一 y sic sola remanens male rueret et ideo additur 也 yè.

§us 8us. Post 也 in fine orationis non raro reperies 與 yû, v. g. 出同道之民化見可與也揆一 k'ò kien hoá mîn tchi táo t'ông t'chŭ y k'oüèi yè yû, unde apparet quod ars convertendi populos ex unâ et eadem orbita procedit: ita Ngheou-yang-sieou; et in libro Lun-yu: 與也回其者惰不而之語 yù tchi êll pou tó tchè, k'î hoéi yè yû, qui non segniter reducat ad praxim præcepta quæ ipsi dentur, ille certe est Hoei discipulus meus: sensus est quod ille Hoei non erat tardus ad agendum. Europæus latinè non sinice diceret 惰不回而可語 vel paulo melius 惰不而之語人爲也回 sed longe pulchrius generatim initio dicitur 者惰不而之語. Illud 之 nullo modo refertur ad discipulum Hoei, sed ad quemlibet in genere; deinde hoc applicatur isti discipulo, 與也回其. Littera 其 refertur ad totam phrasim quæ præcedit.

§us 9us. In libro *Sing-li-ta-tsuen* sæpe legitur 有也 yè yeoù, hoc etiam accidit; 也 tunc præponi debet, ac idem valet ac 又 yeoù vel 亦 y, sed locutio familiaris est et abjecta. Sic enim in hoc libro affectavit loqui.

ARTICULUS QUARTUS.

DE PARTICULA 於 yū vel quod idem plani est 于 yū.

---

§us 1us. Hæc particula respondet latinæ præpositioni *in*. Exempla sunt obvia; 此於 yu ts'eò, hic, in hoc loco; 善至於止 tchì yū tchí chén, requiescere in summo bono; 隅丘於止 tchì yu k'ieōu yû, de ave quæ sistit in latere montis; 仁於止 tchì yu gîn, in charitate manere; 左於交以毋右於惡所 sò oú yu yeoú voû y kiāo yu tsò, quod tibi displicet in iis qui sunt ad dexteram, vide ne idem facias erga eos qui sunt ad sinistram; 於優善好乎國魯況而下天 haó chén yeōu yu t'ièn hiá êll hoáng loù kouĕ hou, quisquis amat virtutem bene tractatur in toto terrarum orbe, nonne à fortiori in regno Lou? 1o. Si 好 sumeretur pro nomine, non esset ullus sensus, ergo est verbum: 善好 amare virtutem; 2o. non dicit 乎國魯於 melius subanditur 於; forte dici posset 乎魯於況而

§us 2us. Plurima sunt verba quorum regimini debet addi 於 exempla diligenter colligenda; 我於問 vén yu ngò, petiit a me; 人於求不 pou k'ieôu yu gîn, ad alium non recurrere; Mong tsee: 氣於求勿心於得不·心於求勿言於得不 pou té yu yên, oue k'ieôu yu sin, pou tě yu sin, oue k'ieôu yu k'i, si aliquid non occurat ad os, ne quaeras in corde; si non venit in mentem, ne contendas ut veniat. Ex his duobus primum merito damnat, alterum approbat. Contendendus est animus, sed sine perturbatione; 窞於入 gĕ yu t'ân, in foveam cadere; 經於見不 pou kién yu king, hoc non reperitur in libris *king*; 人聖於道不 pou táo yu ching gîn, de hoc sancti nihil dixerunt; 王於從 ts'ông yu vâng, sequi regem; 性於害 hái yu síng, hoc naturae nocet, &c.

§us 3us. Particula yu dat verbis significationem passivam; 物於有非物有子君 kiun tseè yeoù oue, fēi yeoù yu oue, sapiens res possidet, non possidetur a rebus. Mong-tsee ait 人於食者人治·人食者人於治·人於治者力勞·人治者心勞 laô sin tchè t'chî gîn, laô lĭ tchè tchî yu gîn, t'chì yu gîn tchè ssée gîn, t'chì gîn tchè ssée yu gîn, qui vires mentis adhibent, regunt; qui vero solis corporis viribus contendunt, reguntur; qui reguntur nutriunt; et qui regunt nutriuntur; 母父於愛之年三有 y eoù sān miên tchi ngái yu foú moù, amanter educati fuimus a nostris parentibus per tres annos.

§us 4us. Notandus comprimis sequens loquendi modus: 也國於之人寡 &c; ego inquit quidam Rex apud Mong-tsee, ego quidem quantum attinet ad regnum meum, &c. Ngheou-yang tsee ait: 也病於之者醫夫 fou y tchè tchi yu píng yè, &c, medici relative ad morbos, quando volunt aliquem sanare, &c. In ejusmodi formulis quæ crebrò apud optimos authores occurrunt, sic semper ordinantur litteræ.

§us 5us. 於 yu servit comparativis, v. g. 我於富 fóu yu ngò, me ditior est, &c. Cave ne confundas 與 cum 於; discrimen quod est inter utramque hanc particulam facile incipientes fallit.

§us 6us. Juncta pronominibus vel nominibus facit hunc sensum, quoad me, respective ad te, quod illum attinet, &c; 雲浮如我於 yu ngò jû feôu yùn, ego vero haec omnia non pluris facio, quam nubeculam quae a ventri dispergitur. Quot verba latina ut quinque litterarum vim attingas! 乎安女於 yu jù ngan hou, an hoc contentus esses? inquit Tchoūang-tsee.

§us 7us. Interdum debet legi *ou* et tunc notat aliquem affectum, vel admirationis vel desiderii. Chi king ait: 天于昭於上在王文 vén vàng tsái chàng, ou tchaō yu t'iēn, Ven-vâng est sursum, proh quam splendet in cœlo!

Invenitur quoque 乎於 ou hou, sed rarius; item 王前戲於 ou hou ts'iên vâng, eheu! antiqui reges. Idem fere est ac 呼嗚 ou hou, sed 呼嗚 saepius est dolentis, 傷哀 ngai chang; contra vero 戲於 ou hou est laudantis et admirantis, 美歎 tān moei; ita Dictionarium *Kang hi tsee tien*.

ARTICULUS QUINTUS.

DE PARTICULA 乎 hou.

---

§us 1us. Jungitur cum regimine multorum verborum plane ut 於 yu, suprá. Han yu ait: 德謂之外於待無已乎足 tsou hou ki, vou tai yu vai tchi ouei te, sibi sufficere nec quicquam expectare extra se, id vocatur virtus. Phrasis longiuscula; decem enim litteris constat, sed clara, imo brevis, cui nihil est quod demas. Tchouang tsee ait: 門乎暨 ki hou men, cum pervenisset ad januam; 身乎藏所 so tsang hou chin, quod abscondit in se ipso, seu in corde; 神鬼乎孝 hiao hou kouei chin, pius erga spiritus; 德乎慎先 sien chin hou te, ante omnia sis attentus ad virtutem; 知乎近學好 hao hio kin hou tchi, qui studium amat non multum abest à sapientia; 聞所乎異 y hou so ven, hoc differt ab iis quae hactenus didici; 爾乎隱無吾 ngou vou yn hou ell, nihil abscondi a vobis, inquiebat Confucius suis discipulis; 矣恆有乎難 nan hou yeou heng y, difficile est ut talis homo diu perseveret; 貴富乎行貴富素 so fou kouei hing hou fou kouei, si dives es age ut divitem decet.

§us 2us. 乎 est admirantis vel commiserantis, v. g. 乎惜 si hou, eheu sane dolendum! 乎巍巍 ouei ouei hou, proh, quanta sublimitas! 乎洋洋 yang yang hou, quam immenso diffusum! 乎深乎深 chin hou chin hou, quanta profunditas! Sic saepe repetitur, maxime apud Lao-tsee et Tchouang-tsee. Jungitur in eodem sensu cum 嗚 et tunc solet scribi 呼 hou, v. g. 矣至德之舜堯呼嗚 ou hou yao chun tchi te tchi y, ô quam extrema est virtus regum Yao et Chun. In luctu istud 呼嗚 est dolentis.

§us 3us. 乎 ponitur interdum solius gratiae et numeri causâ, v. g. 興乎是於樂禮 &c. 足乎是於食衣 li yo yu che hou hing, y che yu che hou tsou, tunc urbanitas et concordia incipiunt esse in pretio, tunc omnis populus habet quod satis est ad vestitum et ad victum. Ita Tso chi. Sed de *yu chi hou* iterum infra.

§us 4us. Saepissime interrogationem denotat, sed id fit variis modis.

1us modus. Quando sola est: 乎可 k'ò hou, licet ne? 乎宜 y hou, an justum est? 乎矣仁 gin y hou, an hoc censetur vera charitas? 矣 hoc loco nihil servit interrogationi, sed inseritur pure ad ornatum. Si post 乎 aliquid sequitur, non amplius interrogat; v. g. 悔有乎宜 y hou yeou hoei, æquum est ut illum pœniteat. Si postea eum pœnitet, id mœretur. 乎 solummodo sustinet litteram 宜 y.

2us modus. Quando jungitur cum 豈 ki, v. g. 乎得可豈 ki ko te hou, qui fieri vel obtineri istud potest? Frequens admodum est iste modus, nec plura exempla necesse est addere.

3us modus. Quando post 乎 ponitur 哉 tsai, v. g. 哉乎遠仁 gin yuen hou tsai, usque adeone remota est charitas? poterat dicere: 乎遠其仁 sed longe fortius dixit 哉乎遠仁

4us modus. Quando 亦不 pou y præcedit, v. g. 乎可亦不 pou y ko hou, annon et hoc licitum est? 乎樂亦不 pou y lo hou, annon vel in hoc voluptas est? 乎悲亦不 pou y poei hou, nonne et id dolendum est? 乎遠亦不已後而死 ssee ell heou y, pou y yuen hou, hoc usque ad mortem constanter tenere, quid amabo potest esse diuturnius?

§us 5us. Servit comparativis sicut dictum est de 於 yū, v. g. 爾乎長日一吾 ngou y ge tchang hou ell, ego sum te senior uno die. Tunc eleganter ponitur negativa 莫 mo, v. g. 天乎高莫 mo kao hou tien, nihil cœlo altius. Ngheou-yang-tsee ait: 美所之書詩舜堯乎大莫 chi chu tchi so moei mo ta hou yao chun, libri *chi* et *chu* nihil magis prædicant et extollunt quam reges Yao et Chun; 唐與漢乎盛莫者盛之世後 heou che tchi tching tche mo tching hou han yu tang, quod spectat posteriorum temporum gloriam et decus, nihil illustrius familiis Han et Tang.

§us 6us. Debet repeti quoties dubitatur vel de diversis sermo est; Tchouang-tsee ait: 乎夢其乎覺其者言之今識不 pou chi kin tchi yen tche, ki kio tche hou, ki mong tche hou, nescio utrum ego qui nunc loquor, vigilem an dormiam. Confucius dicebat: 乎射執乎御執 tchĕ yú hoû, tchĕ ché hoû, agamne aurigam, an potius jaculatorem? 乎否乎宜 y hou feou hou, aequum ne est an non.

§us 7us. Bene jungitur cum 庶 ut sonus, qui paulo durior esset, sic emolliatur, v. g. 矣可其乎庶則 tse chu hou ki k'o y, videtur quod hoc demum pacto istud facere liceat; 矣至乎庶則中乎及以 mihi videtur quod qui medium semel attigit, nihil habet ultra quo pergat. Urbani sinae non audent durâ fronte asserere, sed dicunt 乎庶 vel 幾庶 parum abest, sic opinor, &c.

ARTICULUS SEXTUS.

DE PARTICULA 諸 tchū.

---

§us 1us. Aliquando idem plane est ac 於 yu et 乎 hou ut videre est in exemplis; 諸求惟己 a se et in se solo quaerere; 民庶諸徵身諸本道之子君 kiun tsee tchi tao pen

tchu chin, tching tchu chu min, ratio seu virtus sapientis radicem habet in ipso et probatur per modum quo populi se gerunt. Mong-tsee ait de custode ovium: 抑·乎人其諸反則與死其視而立亦 tso fan tchu ki gin hou y y li ell chi ki ssee yu, an oves reddet ei qui sibi eas tradidit? an ipse stans videbit eas miserè pereuntes? 與 interrogat et respondet particulae 乎 membri superioris; 紳諸書 chu tchu chin, illud scripsit et reposuit ad cingulum; 掌諸示 chi tchu tchang, ostendere super manum.

2°. Videtur esse mera finalis in hac phrasi et similibus: 諸病猶其舜堯 ipsi etiam Yao et Chun satis in eo sudarunt. Nota 其 k'i pronomen post Yao et Chun ad quos refertur ping 病 esse verbum patet, neque enim aliter constabit sensus. Forte hoc loco 諸 est pronomen et casus verbi 病 ping.

§ᵘˢ 3ᵘˢ. Quamvis 諸 sit pronomen, tamen fere semper interrogat, v. g. 諸有 yeoù tchu, datur ne hoc? R. 之有 yeoù tchi, datur utique; 諸舍有人 gin yeou che tchu, illum ne homines rejicient? 諸食而得豈吾粟有雖 soui yeou sou, ngou ki te ell che tchu, etiam si fruges suppeterent an illis vescerer?

ARTICULUS SEPTIMUS.

DE PARTICULA 邪 yê, 耶 idem est.

---

§ᵘˢ 1ᵘˢ. Istae duae particulæ interrogant, et in fine orationis debent poni sicut 乎 hou et 哉 tsai. Quibus porro in locis utendum sit vel 乎 hou vel 邪 aut 耶 vel 哉 tsai docebit attentio in legendis libris. Talia enim usu et aure numero attritâ percipi possunt, praeceptis et regulis tradi non possunt. Selecta exempla haec habe: 耶禱後而病有待豈 ki tai yeou ping ell heou tao ye, quasi vero expectaverim morbum nec prius preces obtulerim? 大知豈耶者臣 ki tchi ta tchin tche yê, hoc ne sciro est quid sit agere magnum mandarinum? 耶者居舟於樂眞豈 an quod revera gauderem esse in navi? maluit dicere 居舟於 quam 舟於居 sic enim particula 者 tche usus est aptius; 邪情人於近豈此 tsee ki kin yu gin tsing ye, an hoc conforme est humanis affectibus? Tchouang-tseo inducit arborem sic loquentem: 邪也大此得且用有而也予使 ssee yu ye ell yeou yong, tsie te tsee ta ye ye, si ad aliquid fuissem idonea, potuissemne ad tantam proceritatem pervenire.? Nota 1°. Sensum qui hâc parabola tegitur. 2°. Numquam Europaeus diceret 用有而也予使 sed Europaeo modo diceret: 我得用人若 si homo me potuisset uti, vel 大得故用無我

Qq 2

eram inutilis ideo crevi. 3°. 邪; si poneres tantum 邪大此得 aures non tam gauderent.

§us 2us. Eleganter ingeminatur, sicut dictum est suprà de 乎 hou. Exempla quae hic affero valde notanda sunt: Tchu hi ait: 客爲.耶主爲.耶二爲.耶一爲.者心謂所則然耶者物於命爲.耶者物命爲.耶 verum enimvero istud quod vocamus animum est ne ens simplex, an vero compositum aliquod? est ne Dominus an hospes? imperatne rebus externis, an contra res externae imperant ipsi? facile est degustare quam dilucida et tersa sit hæc oratio. Tchouang-tsee ait: 邪樂不果邪樂果之樂知未 ouei tchi lo tchi ko lo ye, ko pou lo ye, nondum scio an qui talia gaudent, gaudeant reipsâ, vel minime gaudeant. Idem ait: 不爲以.身活足不矣善爲以若.邪善不誠.邪善誠之善知未人活以足矣善 nescio an illa prurigo comparandæ famæ (de Hoâ quippe agit hoc loco) quæ videtur tam bona, revera ita sit nec ne. Si dixero esse bonam, sentio quod ad recte vivendum non sufficit. Si autem contendo bonam non esse, dices quod ad memoriam nominis æternandam multum juvat. Nota 1°. 之樂 et 之善 lo et chen sunt verba, 之 est regimen. 2°. recte ait 樂不果 ko pou lo, et 善不誠 tching pou chen, si enim dicas 善誠不 erit alius sensus, nec tres illæ litteræ respondebunt tribus primis, 樂不果 3°. 爲以 significat opinari, existimare. 4°. In primo membro posuit 若 jo, in secundo reticuit. Sic postquam dixit 身活足不 non dicit 人活足 sed 人活以足 nimirum ita disposuit quatuor istas phrases, ut prima 矣善爲以若 et tertia 矣善不爲以 quinque litteris constent, secunda vero 身活足不 et quarta 人活以足 non nisi quatuor litteras habeant. Ad hæc tyrones non attendunt. Ngheou-yang-sieou ait: 偶抑.耶賢可其知 &c. 則舉而知若.耶之舉 an illum promovisti quia eum bene noveras? an vero temere et casu? Si primum, ergo.... Alio loco sic amicum suum defendit: 也賢不果 si revera sapiens non erat, debebas monere imperatorem, nec miseri casum expectare, ut eum impeteres; 也賢果若 sed si sapiens et bonus erat, oportebat te et hoc ad aulam referre ne in tantam miseriam caderet. Dilemmata ejusmodi plurimum arrident politis sinis præsertim quando inter se disserunt de aliquo puncto et alter ait, alter negat.

ARTICULUS OCTAVUS.

DE LITTERA 與 yū.

Hæc littera spectari potest vel ut est particula, vel ut habet multos alios sensus. Itaque hunc articulum duos in numeros divido. Idem facere possem in multis aliis, sed cum de particulis proprie agamus, semel aut bis extra oleas saltasse satis erit.

NUMERUS PRIMUS.

DE 與 yu PARTICULA.

---

§us 1us. Est conjunctio et copula, v. g. 仁與命與利言罕子 tsee han yen li yu ming yu gin, Confucius raro loquebatur de lucro, de mandato, et de charitate; 義與仁 charitas et justitia; 也惡所之人是賤與貧 pin yu tsien che gin tchi so ou ye, homo paupertatem et contemptum naturaliter aversatur.

§us 2us. Est mera puraque finalis, v. g. 與謂之此其 ki tsee tchi ouei yu, hoc ipsum est quod dico. Nota istud 之此其; non ita loquuntur nec scribunt Europæi; 也謂之此 idem est sensus.

§us 3us. Aliquando interrogat et tunc saepius scribitur 歟 v. g. 與禁不舜則然 gen tse chun pou kin yu, si hoc ita est, cur Chun non restitit? 與救能弗如 ju foe neng kieou yu, an non poteris tu huic malo mederi? 歟愼不可 ko pou chin yu, annon omni curá vigilandum? 與放可固則 tse kou ko fang yu, an propterea continuo emittendus? 與人子君 kiun tsee gin yu, an sapiens est homo? R. 也人子君; utique 謬其何歟者論 ho ki mieou lun tche yu, quid hoc discursu potest esse absurdius? 謂可果則然歟者章文之 gen tse ko ko ouei tchi ven tchang tche yu, at hoc ne haberi potest pro eleganti et ornata tersaque oratione?

§us 4us. Idem dicendum de 與 yu quod dictum est de 乎 hou et de 耶, ut videbitur in exemplis. Confucius statim sciebat quæcumque fierent in regno ad quod accesserat; unde quærit aliquis, 與之與抑與之求 kieou tchi yu, y yù tchi yu, an haec ipse suscitatur ab aliis, an vero alii haec ipsi ultro renuntiant? in 之與 est verbum yu dare; et respondet 之求. Idem Confucius petit utrum agatur de fortitudine borealium hominum, an de fortitudine philosophi: 與強而抑與強之方北 pe fang tchi kiang yu, y ell kiang yu, hoc loco 而 idem est ac 爾 ell, tu, tuus, vel vester. Alloquitur discipulos quos volebat animo magis quam corpore fortes esse.

§us 5us. Est etiam admirantis et laudantis, v. g. 與也知大其舜 chun ki ta tchi ye yu, ô quam sapiens erat Chun! Notavi jam transpositionem 其舜. Pessime diceres in hoc loco 舜其, posset dici 其也舜. Postquam Confucius loquutus fuisset de virtute perfecti viri ait; 與也回吾其 ki ngou hoei ye yu, talis meus Hoei.

§us 6us. Usum habet in comparatione duorum et postea ponitur 寧 ning, ad declarandum id quod melius ac præstantius est, v. g. 儉寧也奢其與禮 li yu ki che ye ning kien, quod spectat externam rituum pompam, satius est esse parcum quam prodignum; 其與喪 戚寧也易 tsang yu ki y ye ning tsi, in luctu parentum longè praestat veram tristitiam corde fovere quam inanem speciem ostendere; 固寧也孫不其與 yu ki pou sun ye ning kou, melius est videri rusticior quam paulo superbus et arrogans. Nota quod eodem modo semper disponuntur litterae, post 與 sequitur 其, et ante 寧 ponitur 也, et ejus loco interdum reperitur 毋 vou, v. g. 足卹而茅居寧毋貪肆而宮玉登其與 melius est degere sub humili tecto et paucis contentum esse, quam habitare in palatio et cupiditati frenum laxare. Tchouang tsee idem exprimit sine 與 yu, cum ait 美孰乙與甲 kia yu y chou moei? R. 哉甲 kia tsai, quis ex duobus pulchrior est? An Kia, an vero Y? R. Certe est Kia Idem ait: 乎非孰而是孰乙與甲 kia yu y chou che ell chou fei hou, quis ex illis duobus verum dicit, quis errat? In his duobus exemplis 與 yu est copula. In ultimo bene addidit 而 ell, nec male in fina posuit 乎. 乙 甲 sunt notæ sicut apud nos A. B.

§us 7us. 同 similis et 異 dissimilis postulant *yu*, v. g. 同聞不與行不而聞 ven ell pou hing yu pou ven tong, audire aliquid de virtute nec illud opere complere, idem est ac si nihil audivisses; 異與相必彼 pi pi siang yu y, certe differunt inter se.

§us 8us. Respondet nostrae præpositioni *cum*. 樂同民與 yu min tong lo, una cum populo gaudere. In libro *Chi king*, 食我與不言我與不 pou yu ngo yen, pou yu ngo che, mecum non loquitur, mecum non manducat. *Tso chi* ait: 敵王與誰夫 fou choui yu vang ti, quis tunc ô Rex tecum certare audeat?

NUMERUS SECUNDUS.

DE 與 YU NOMINE ET VERBO.

Recte Dictionarium *Pin tsee-tsien* ad hanc litteram ait: 聲平借聲去轉聲上本 pen chang ching, tchouen kiu ching, tsie ping ching, de se ad secundum accentum pertinet yù, aliquando transit ad tertium yú, per metaphoram legitur in primo accentu yū. Recte dicit 借 per metaphoram, quia nulla littera in sensu proprio particula est.

§us 1us. Yù multa variaque significat.

1o. Idem est ac 授 cheou, tradere; Mong-tsee ait; 之與孰下天有舜 chun possedit

totum terrarum orbem; quis illum ipsi tradidit? Respondet: 之與天 tien yu tchi, cœlum illi tradidit.

2°. Idem est ac 歸 kouei, rediit ad. Idem Mong tsee ait, 也與不莫下天 tien hia mo pou yu ye, totus orbis se subjecit et ad eum convolavit.

3°. Idem est ac 許 hiu, permittere, sinere, v. g. 進其與 yù ki tsin, permisit ut intraret. Confucius ait: 也如弗女與吾也如弗 foe ju ye ngou yù ju foe ju ye, dicis te non esse sicut, et ego concedo tibi ut sis non sicut. Modeste dixerat ille se non accedere ad alium quemdam discipulum, et magister respondet: modestia tua facit ut non sis quem te esse putas. Liber Ta hio ait: 國中同與不 pou yù tong tchong koue, non sinit eum communicare cum regno medii.

4°. 之與地天 tien ti yù tchi, cœlum et terra votis ejus respondent.

5°. 與相 siang yu, amici; 曰言與相 siang yu yen yue, dicebant unus ad alterum.

6°. 與黨 tang yu, conjurationis socii.

7°. 與我不歲 soui pou ngo yu, tempus me non expectat. Idem est ac 待 tai; sic 與相禮以 y li siang yu, se invicem urbane tractare.

8°. 與弗 foe yu, idem ac 如弗 non sicut.

9°. 與施 che yu, dare, beneficia spargere.

10°. 心其與容 yong yu ki sin, ejus animum exhilaravit.

11°. 與無 vou yu, i. e. 用弗 inutilis vel non uti.

12°. 問與不 pou yu ven, non potui ab eo quærere.

13°. 言之與巽 suen yu tchi yen, consilia valde caute lata.

14°. 焉與何天 tien ho yu yen, quid ad hoc facit cœlum de quo loqueris.

15°. 知與 scire datur.

§us 2us. yú, v. g. 祭與 yú tai, adesse cœremoniæ; 席與 yu si, mensæ accumbere; 與猶 vel 豫猶 yeou yu, anceps, irresolutus, quia omnia tuta timet, v. g. 悔有必後與猶疑狐 hou y yeou yu, heou pi yeou hoei, qui tantopore supiciosi sunt, eos deinde semper pœnitet.

3°. Adhuc collige phrases sequentes: 我與孰 chou yu ngo, quis sicut ego? 下天有焉與不而 yeou tien hia, ell pou yu yen, habet orbem perinde ac si non haberet; 與可不道之舜堯入 pou ko yu ge yao chun tchi tao, huic homini non datur ingredi sublimes Yao et Chun vias; 焉存與不下天王而樂三有子君 kiun tsee yeou san lo ell vang tien hia pou yu tsun yen, sapiens gaudet de tribus, sed in iis non numeratur possessio totius terræ: 王 hoc loco est verbum et 下天 est ejus regimen. Ngheou-yang-tsee ait: 皇三非

乎此於與能孰其德之 si non sit sapiens sicut tres Hoang, quis ad tantam perfectionem poterit attingere? Desumpsit hoc ex Capite Hi-tsee ubi sæpe occurrit hic modus; 天非此於與能孰其神至之下 fei tien hia tchi tchi chin, ki chou neng yu yu tsee, quid istud poterit, nisi sit in toto mundo maxime spiritualis et intelligens? 誅可與予於 an pendet à me ut puniatur? 是改與予於 yu yu yu kai che, discipulus Yu fecit ut sententiam mutarem. In 1ª phrasi 予 est pronomen ego, in 2ª est nomen discipuli ejusdam; porro 與予於 yu yu yu suaviter pulsat aures sinicas, nec in eo ulla cacophonia est.

ARTICULUS NONUS.

DE PARTICULA 而 êll, item de 爾 vel 耳 êll.

---

§us 1us. Tres simul posui ob affinitatem soni, quin imo 而 in antiquis libris sumitur pro 爾 ell.

NUMERUS PRIMUS.

DE 而 êll

---

§us 1us. Est conjunctio quæ æquivalet nostro *et;* distinguendi sunt tantum tres vel quatuor modi, in quibus licet indicet semper aliquam conjunctionem, respective tamen ad partes quas conjungit videtur esse aliqua diversitas.

1us modus. Fere coincidit cum 與 yu, differt tamen quia 而 postulat aliquam illationem, 與 yu vero non ita: hinc 而 bene vertitur per *et tamen.* Exempla sub oculis hæc ponunt; 國於教成而家出不 pou tchu kia ell tch'ing kiao yū kouĕ, domo non exit et tamen totum regnum instruit; 作不而述 chu ell pou tso, tradere posteris quod accepisti à majoribus, nec quicquam proferre de suo; 善揚而惡隱 yn ngo êll yang chen, aliorum defectus abscondere, et eorum bona extollere; 及不無而過無 non peccat nec per excessum nec per defectum; 求可而富 fou ell ko kieou, si et divitiæ possent honeste quæri.

2us modus. Si sit aliqua velut oppositio inter partes quas particula 而 conjungit, longe illustrior est oratio et ideo tot exempla occurrunt passim in libris. Hic porro nec 與 yu nec 及 ki aut similes ligaturæ locum habere possunt; 厭不而淡 tan ell pou yen, sine sapore nec fastidium parit; 厲而溫 ven ell li, lenis et tamen gravis; lenis et tamen gravis, leniter gravis et graviter lenis: male diceres 厲與溫. Tchouang tsee ait: 喜不而得 憂不而失 te ell pou hi, che ell pou yeou, acquirit nec gaudet, perdit nec tristatur. Liber Tchong yong ait: 中而勉不 pou mien ell tchong, non sibi vim infert et attingit medium; 得而思不 pou ssee ell te, non animum contendit et assequitur; 敬而動不 pou tong ell king, non se movet et honoratur; 信而言不 pou yen ell sin, non loquitur et fidem facit; 庸中道而明高極 ki kao ming ell tao tchong yong, altissima sunt consilia ejus et ambulat tritas vias; 新知而故溫 ouen kou ell tchi sin, antiquitatem amat et nova non nescit; 威民而怒不勸民而賞不 pou chang ell min kuen, pou nou ell min ouei, præmia non largitur et populus se excitat ad virtutem, iram non ostentat et populus à malo abhorret. Si quis vertat 威民而 per *et populus illum timet*, quid faciat de 勸民而 quod præcedit? Aliud est in verbis philosophi Sun tsee, 威而怒不親而施未 ouei chi ell tsin, pou nou ell ouei, non largitur et tamen amatur, non irascitur, et tamen timetur. Liber Tchong yong ait: 聞不而之聽見不而之視 chi tchi ell pou kien, ting tchi ell pou ven, illum aspicis nec tamen vides, illum auscultas nec tamen audis, &c.

3us modus. Post 而 sequitur 已 y vel 矣已 y y; exempla sunt innumera: 已而人九 kieou gin ell y, novem duntaxat homines; 矣已而義仁有亦 y yeou gin y ell y y, est charitas et justitia et hoc sufficit; 矣已而仁不與仁二道 tao ell gin yu pou gin ell y y, gemina est via, charitatis altera et altera crudelitatis.

§us 2us. Debet poni post 雖 soui, licet, quamvis, 厭不而多雖人善 chen gin soui to ell pou yen, bonorum virorum multitudo satietatem non parit; 而已而已 y ell y ell, ohe! desine tandem! 後而今而 ell kin ell heou, et nunc et in perpetuum. In Ta-hio 后而 ell heou, deinde, postea. Yang-tsee ait de fonte 洩後而滿 mouan ell heou sie, impletur et postea exundat.

NUMERUS SECUNDUS.

DE 爾 vel 耳 ell.

Quamvis 爾 ell, sit pronomen 2a personæ et 耳 ell proprie significet aurem, sæpe tamen pro meris particulis usurpantur.

§^us 1us. Ponuntur in fine et plærumque denotant rem non esse magni momenti, v. g. 好直耳樂之俗世 tchi hao chi sou tchi yo ell, musica quam amo est vulgarior illa quæ ex sonis nascitur. Modeste de se Ngheou-yang sieou ait: 爾人賤窮下天者修如 ju sieou tche tien hia kiong tsien gin ell, sicut ego qui sum pauper et vilis homuncio. Idem ait: 爲不其耳名其有不惟.何幾者君 ki pou ouei kiun tche ki ho, ouei pou yeou ki ming ell, quid illi deest ut sit Rex? solum nomen; 有不 hoc loco melius est quam 有没 mo yeou; 言前耳戲 tsien yen hi ell, hoc dixeram per jocum; 耳間一 y kien ell, fere nihil est quod interponitur; 矣耳思弗 defectus est attentionis.

§^us 2us. Efficiunt adverbia sicut dicam suis locis de 然 et de 如 ju, v. g. 爾卓 tcho èll, confidenter; 爾率 sou ell, subito, derepentè. Item eleganter eas praecedit 云 vel 焉 v. g. 耳云此如過不 pou ko ju tsee yun ell, res est facilis, oportet tantum hoc modo agere. Verba sinica planissima sunt et in usu frequentissime adhibentur, vix tamen possunt de verbo ad verbum explicari; 爾焉之擇所惟 ouei so tse tchi yen ell, hoc pendet ab eo quod elegeris.

ARTICULUS DECIMUS.

DE PARTICULIS 焉 yen et 然 gen.

NUMERUS PRIMUS.

DE 焉 yen.

---

§^us 1us. Saepe reperitur in fine orationis, v. g. 焉思少宜 y chao ssee yen, paululum ad hoc attendas velim; 焉幸不無嘗未賢與聖雖 soui ching yu hien ouei tchang vou pou hing yen, vel ipsi sancti et sapientes non semper omnia habent ex votis suis; 其棄盡焉學而學 tsin ki ki hio ell hio yen, abjecit quae didicerat et caepit rectis studiis incumbere; 焉在不心 sin pou tsai yen, cor avolavit; 焉師我有必行人三 san gin hing pi yeou ngo ssee yen, quoties cum duobus incedo, inquit Confucius, semper invenio qui me

doceat; 焉得自不而入無 semper contentus est, quidquid accidat, semper se possidet; 焉凝不道至德至不苟 necessaria est summa virtus ad hoc ut summa doctrina vigeat.

§us 2us. Pluries repetitur ad elegantiam et tunc phrases debent esse inter se aequales; 焉生物萬焉行時四 sse che hing yen van oue seng yen, annus suum peragit iter, et omnia suo tempore nascuntur; 焉覆物萬焉繫辰星 sing chin hi yen, van oue feou yen, stellae omnes in eo sunt appensæ, et res omnes contegit.

§us 3us. Adhibetur quoque propter numerum et gratiam, v. g. 者焉下 et 者焉上 qui sunt supra, qui sunt infra. Longe sonantior est oratio quam si diceres 者下者上 superiores, inferiores; 仁得焉知未 ouei tchi yen te gin, an vero charitatem habeat nescio; 得知未否與仁 ouei tchi te gin yu feou, idem plane sensus est, sed sermo laxior; 者焉惑有猶 yeou yeou hoe yen tche, non desunt qui de hoc adhuc dubitant.

§us 4us. Optimi quique scriptores affectant illam collocare post aliquam vocem ejusdem fere soni, v. g. 焉言之人聖有 yeou ching gin tchi yen yen, continet hic liber quædam verba sancti; 焉傳不道 tao pou tchoüen yen, traditio verae doctrinae deficit.

§us 5us. Quando interrogat, debet poni statim initio, v. g. 知焉 yen tchi, quis scit? quid ego scio, &c; 剛得焉 yen te kang, an hoc est forti animo esse? diceret aliquis: 得焉乎剛之謂 et putaret se bene dixisse, at sic multo magis langueret oratio; 殺用焉 yen yong cha, ad quid tot supplicia? 之從其焉 an illum debet statim sequi; 所有焉夫倚 fou yen yeou so y, quomodo vir tantus rebus perituris adhæreret? 能焉有爲能焉亡爲 yen neng ouei yeou, yen neng ouei vang? est ne aliquid aut nihil, vel habet ne an caret? vel est ne vivus an mortuus? oportet videre qua de re agatur, ut determinetur sensus.

§us 6us. Bene respondet particulae 如 jû, prius potius; 焉者丘如 ju kieou tche yen, sicut ego, inquit Confucius; 焉食之月日如過之子君 kiun tsee tchi kouo ju ge yue tchi che yen, sapientum excessus sunt veluti solis ac lunæ eclipsis; 焉天於如地於 in terra sicut in cœlo.

§us 7us. Notat adverbia; 焉忽 vou yen, derepente; 焉欣欣 cum magna lætitia. Tchouang-tsee ait: 焉少 chao yen, paulo post. Tunc 焉 idem plane est ac 然 quæ sequitur.

NUMERUS SECUNDUS.

DE 然 gen.

1°. Sæpe nota est adverbiorum; 日然喟 ouei gen yue, suspiranter ait: 然循循 sun sun gen, cum ordine et methodo. Exempla passim occurrunt.

2° Affirmat rem ita esse; 乎否乎然 gen hou feou hou, ita ne est an non? 之子然言 tseo tchi yen gen, ita est, ut dicis; 乎然其不 pou ki gen hou, an non ita est? 然必何 ho pi gen, quid necesse est ut ita sit? 然必未 ouei pi gen, dubito an ita sit; 仁未而然 gen ell ouei gin, ita quidem est sed tamen nondum est charitas; 矣然不殆 tai pou gen y, neutiquam sanè ita est; 之有亦然 bene tamen, unum tamen adhuc est; 乎學足不則然 an continuo virtutis studium tanquam inutile desereres? 將則然何奈 gen tse tsiang nai ho, quid igitur faciam? quo me vertam? Apud Mong-tsee et Tchouang-tsee legitur 然既 quando quidem ita est, et 然雖 soui gen, ut ut sit.

3° 知後然此知 &c, et cum semel hoc scitur, scitur deinde &c; 然皆人之古 kou tchi gin kiai gen, ita sentiebant omnes antiqui; 然不子君惟 sapiens non sic; 然亦 eodem modo; 然當所 so tang gen, vel 則之然當 rerum essentia, ratio sine qua existere nequeunt; 然以所 so y gen, causa cur vel per quam; 然自 ita sane; 然而然自 suaviter ac sine ulla vi.

ARTICULUS UNDECIMUS.

DE PARTICULIS 則 tse et 且 tsie.

NUMERUS PRIMUS.

DE 則 tse

Tchong-yong ait: 則下天爲世而言 yen ell chi ouei tien hia tse, si loquitur ejus verba sunt exemplar quod totus orbis semper sequetur. Chi-king ait: 則有物有 yeou oue yeou tse, quodlibet ens habet suum esse physicum et dicitur 物 oue; habet suam essentiam metaphysicam, qua constituitur in ratione talis entis, et dicitur 則 tse. Item 理 li; item 當然 tang gen. Sed venio ad 則 particulam.

§us 1us. Conclusionis nota est, ut apud nos, ergo, igitur, &c. Vel saltem indicat rem ex alia fluere, v. g. 立道則身修 sieou chin tse tao li, cum ornatur persona, sequitur ut ratio

stet. Ratio enim jacet, si quis personæ suæ curam negligit; 清則雜不性之水平則動莫 talis est aquæ natura, si nihil admistum habet, clara et limpida est; si nemo illam moveat, est lævis velut speculum. In hac significatione reperitur 斯 ssee. Mong-tsee ait: 矣慝邪無斯興民庶·興民庶則正經 king tching tse chu min hing, chu min hing sse vou sio te y, si leges rectæ sunt, populus ad virtutem erigit animos, et ubi semel populus ad virtutem animum appulit, ab omnibus vitiis continuo refugit; 從以可斯何如矣政 quid agendum ut populus continuo legibus obediat? pone 以可則 erit idem. Invenies etiam 此 in eodem sensu; 人有此德有 yeou te tsee yeou gin, si rex veram virtutem habet, populorum corda continuo possidebit.

§us 2us. 則 est conjunctio paulo fortior quam 而 ell. De Confucio dicitur quod 則哭歌不 kou tse pou ko, flendo non cantillabat, sine strepitu et sine fastu fluebant lacrymæ. Item solet poni post 然 quoties occurrit aliquid quod objicias; &c. 則然 sed si hoc ita est, sequeretur, &c. Nota hanc phrasim: 也大未而矣美則美 hoc quidem bonum et pulchrum est, sed nondum in summo gradu. Fieri possunt ad instar.

§us 3us. 則一 bis positum respondet nostro tùm tùm, v. g. 知不可不年之母父懼以則一喜以則一也 fou mou tchi nien pou ko pou tchi ye, y tse y hi, y tse y kiu, oportet sæpe cogitare de parentum ætate, tùm ut gaudeamus, tùm etiam ut timeamus.

NUMERUS SECUNDUS.

DE 且 tsie.

---

§us 1us. Interdum idem est ac 則 tse, v. g.; &c. 況爲不者仁且然 hoc posito quisquis habet charitatem non hoc ergo faciat, multo minus, &c; 且然 idem omnino est ac 則然 nec desunt alia exempla ad id probandum; fateor tamen quod sit rarius.

§us 2us. 且 de se est particula copulativa sicut 而 ell et 與 yu; in eo tamen differunt quod 而 ell sæpe postulat oppositionem, v. g. 樂而貧 pin ell lo, pauper et tamen lætus; 禮而富 fou ell li, dives et tamen urbanus: 與 yu nec oppositionem nec sequelam includit; 爾與予 yu yu ell, ego et tu. At 且 sicut et 則 sequelam innuit, v. g. 賤且貧 pin tsie tsien, pauper et ideo vilis, ex paupertate contemptus plærumque nascitur. Sic 貴且富 fou tsie kouei, dives et honoratus.

§us 3us. Ngheou-yang tsee ait: 田買方老且余呼嗚 ou hou yu tsie lao, fang mai tien, ego jam senex de emendo agello cogitavi: 老且余 idem est ac si dixisset 老余 yu lao; interposuit 且 ad numerum, quia forte 老余 sicut 老吾 potest significare meus senex. His et similibus notulis comparatur linguæ sinicæ notitia.

§us 4us. In libro *Sing-li-ta-tsuen* 卽 tsiĕ et 便 pién, idem fere dicunt ac 則 tsĕ et 且 tsie, sed ad stylum humiliorem magis accedunt.

ARTICULUS DUODECIMUS.

DE PARTICULIS 若 jŏ et 如 ju.

---

§us 1us. Utraque respondet particulæ hypotheticæ *si*; &c. 則然若 jo gen tse, &c, si hoc ita est, ergo, &c. Cavendum est Europæis ne juxta linguam in qua nati sunt, vel ob suos scrupulos, dum volunt veritatem accurate sequi, cavendum, inquam, ne semper usurpent suum illud 若 jo et 是若 jŏ ché, nihil hominem exterum magis publicat. Itaque mature assuescant interdum cum sinis illud 若 jŏ penitus omittere. Ne dicant 這在人有今如是若 裡 si adesset nunc hic aliquis. Haec enim ne quidem in vulgari sermone fieri possunt, sed dicunt maxime cum scribunt vel 焉人一有今 kin yeou y gin yen, vel 有且今 此於人 kin tsie yeou gin yu tsee, vel 此於人有設 &c. Mong-tsee sæpe utitur 苟 keou, quod si. Potest quoque adhiberi 儻 vel quod idem est 倘 tang, quod si. Sæpe occurit 使 ssee, fac ut. Idem est ac 設 che, sed paulo elegantius, v. g. 可不身耶善果性使 修不以可不身耶惡果性使.修不以 ssee sing ko chen ye, chin pou ko y pou sieou, ssee sing ko ngo ye chin pou ko y pou sieou, si natura, vel potius naturalis indoles bona est, tenemur non minus vacare nostræ perfectioni, si vero mala est, multo magis debemus virtuti operam dare; si bona est, elaborandum est ne mala fiat, si mala est, elaborandum ut bona evadat. Ita Ngheou-yang-sieou.

§us 2us. Utraque significat sicut, v. g. 無若有 yeou jo vou, habere sicut non habere. Sun-tsee ait: 鬼若之惡 ou tchi jo kouei, illum odit sicut diabolum; 是若 vel 此如 hoc pacto. Nota quae sequuntur: 也及可其何之如 ju tchi ho ki ko ki ye, si hoc ita est, quis poterit ad tantem virtutem pervenire? Per 其 k'i notat Confucium de quo sermo est in hoc loco; 也可則何之如 ju tchi ho tse k'o ye, quid igitur facto est opus? Ad verbum 之如 secundum hoc, istud si sit ita; ho 何 quomodo, vel quid agam? 可則 tse k'o,

ut continuo conveniat. Solus Europaeus barbare diceret : 此如是若 si hoc ita est.

§us 3us. Saepe occurrunt 若莫 et 如不, indicantque id quod est potius ac melius, v. g. 本其修若莫 mo jo sicou ki pen, nihil potius est quam curare et ornare radicem; 者之樂如不者之好 ·者之好如不者之知 cognoscere bonum minus est, quam illud amare, et illud amare minus est quam illo delectari. Cognitio sine amore sterilis est, amor sine gaudio non est durabilis, nec satis vividus.

§us 4us. 若 jo interdum significat *quod vero ad*, v. g. &c. 則民若 quod ad populum spectat, certe, &c ; et 如 ju eodem modo sumitur ; 子君俟以樂禮其如 ju ki li yo, y ssee kiun tsee, quod autem ad ritus et musicam attinet, expectandus est sanctus. Hoc loco 子君 non potest significare sapientem ut sic, quia ritus et musica ad solum sanctum spectant.

§us 5us. 如 ju facit adverbia, seu potius adjectivis addita sensum auget et exprimit modum. Innumera sunt exempla, maxime in libro Y-king, et Lun-yu ; 也如空空 kong kong ju ye, inhabilis et ineptus ; 也如恂恂 rectus et sincerus ; 也如與與 yu yu ju ye, cum magnâ gravitate ; 也如休休 hieou hieou ju ye, magnanimiter, &c.

ARTICULUS DECIMUS TERTIUS.

DE 亦 y, 以 y et 爲 ouei.

De 亦 nihil quod speciatim dicatur, significat *etiam*, Gall. *aussi* : sufficiunt exempla hinc inde sparsa ut ejus vim sentias.

NUMERUS PRIMUS.

DE 以 y.

---

§us 1us. Respondet particulis latinis *ut*, *ad*, Gallice *pour*, v. g. 命俟以易居子君 kiun tsee kiu y, y ssee ming, sapiens est in via plana et apta ut expectet mandatum ; 正中莊齊也敬有以足 tsi tchouang tchong tching tsou y yeou king ye, gravitas et rectitudo sufficiunt ut omnes illum colant et venerentur ; 十知以一聞 vén y, y tchi ché, satis est unam rem audire ut ex ea colligat decem.

§^us^ 2us. 以 fere semper explicari potest per 用 yong, uti aliquo vel aliqua re, v. g. 吾無也以 vou ngou y ye, me non utitur; 以吾不雖 soui pou ngou y, licet me non utatur, non me evehat. Nota 以吾 transpositio necessaria; si enim ponas 吾以 significabit per me, nec sensus stabit; 以不乎怨 yuen hou pou y, furit, quod regimini non admoveatur. In his exemplis 以 est verbum, 字活 ho tsee, non 字虛 hiu tsee, seu particula. In sequentibus magis ad particulas accedit; 禮之子天以先其祀 ssee ki sien y tien tsee tchi li, honorare parentes mortuos per ritus Imperatori proprios. Sic 士以祭夫大以葬 tsang y ta fou, tsi y ssee, terrae mandatur sicut solent magnates, deinde colitur sicut simplex litteratus. Ngheou-yang sieou ait: 哉者下其況懼爲是以猶明之舜堯以 y yao chun tchi ming yeou y che ouei kiu, hoang ki hia tche tsai, hoc metum incuteret ipsis Yao, Chun, quanto magis timere debent qui ad illorum virtutem non accedunt.

§^us^ 3us. Saepissime jungitur cum 所 sò, v. g. 然以所 so y gen, causa per quam, vel propter quam; 以所其視 chi ki so y, videre quid agat, quo delectetur: 以 hoc loco videtur esse verbum cujus 所 so est regimen; 帝上事以所禮之社郊 ritu dicto kiao-che colitur supremus Dominus; 人治以所知 tchi so y tchi gin, scire quo modo vel per quod regantur homines; 也一者之行以所 so y hing tchi tche y ye, id quod hæc ad praxim reducit, unicum est; 大爲以所之地天此 et hoc ipsum est propter quod coelum, et terra sunt aliquid magnum; 也天爲以所之天 coelum quà coelum, id quod facit ut coelum sit coelum; 以所 vel 以是 quapropter, propterea.

§^us^ 4us. Juncta cum 何 significat quomodo. Tchouang-tsee ait: 邪然其知以何 unde sciam, quomodo sciam quod hæc ita sint. Idem jungitur cum 可 kò, v. g.: 人知思天知不以可不 qui vult cognoscere hominem, non potest per hanc cognitionem non pervenire ad cœli cognitionem. Si dixisset 天知不可不 sensus foret, non decet non cognoscere coelum, quasi vero ipsi esset integrum cognoscere vel non cognoscere.

§^us^ 5us. Demum jungitur cum 爲 ouéi, idque variis modis; 恥爲以不 pou y ouei tchi, non putat hoc esse turpe, de hoc nescit erubescere; 何如爲以明高知不 velim scire quid hac de re sentias; 明高 altus et intelligens, sic urbane compellamus alterum; 以吾鬼爲子 ngou y tsee ouei kouei, puto te esse spectrum cum te aspicio, videor mihi videre aliquod phantasma; 勝孰爲以王則 tse vang y ouei chou ching, quis tuo judicio, Rex, victoriam reportabit? 樂爲以不 pou y ouei lo, non in eo sese oblectat; 大爲以民 populo videtur amplior (hortus); 也急爲產制以君明 ming kiun y tchi tchan ouei ki ye, rex sapiens ante omnia cogitat de alendo populo.

§^us^ 6us. 以 y respondet particulis *juxta, secundum;* 時以民使 ssee min y che, occupare

populum juxta tempus, i. e. nihil ab eo exigere nisi tempore apto et convenienti. Alia exempla passim occurrent. Item respondet præpositioni, *per*, 足以牀剝 po tchoũang y tsou, destruere cubile per pedem. Pluries hoc reperies in libro Y-king.

§us 7us. Adde 以無 vel 已無 v. g. 焉一有則已無 vou y tse yeou y yen, si vis absolute scire quid sentiam, dicam equidem, unum scilicet restat tibi, &c; quantum verborum ut duarum litterarum 以無 vel 已無 vim accurate explices! Item 來以漢自 vel 來已 vel 來而 vel 降而 i. e. a temporibus Dynastia *Han* usque nunc. Item 矣加以無 vou y kia y, nihil est quod amplius addas. Item 乎異以有刃與梃以人殺 cha gin y ting yû gin yeou y y hou, aliquid ne interest utrum aliquem scipione an ense occidas? Respondet: 也異以無, nihil prorsus, nulla inter utrumque differentia.

NUMERUS SECUNDUS.

DE 爲 ouei.

---

§us 1us. 爲 ouei sæpe jungitur cum 能 neng, nec videtur aliud fere dicere quam sola littera 能 *posse*. 化能爲誠至下天惟 ouei tien hia tchi tching ouei neng hoa, solus ille, qui in toto orbe summe verus ac sanctus est potest corda convertere; 愛所愛能爲王明惟 ouei ming vang ouei neng ngai so ngai, solus Rex sapiens scit amare quod amat; 能爲士惟 ouei ssee ouei neng, soli sapientes id possunt. Vides quod semper præcedat 惟 ouei. Forte 能爲 significat *est potens*. Quamquam valdo dubito an una littera sola, sine 者 tchè, vel 之 tchi supponere possit pro participio.

§us 2us. 爲 significat vulgo propter, v. g. 爲誰而慟爲人夫非 si non dolerem propter hunc hominem, propter quem alium tandem! Ita Confucius in morte unius discipuli. Nota transpositionem geminam, 爲人夫 et 爲誰! hæc ultima necessaria est, nam 誰爲 potest significare *quis est homo?* 己爲學 hio ouei ki, studere pro se vel propter se; 人爲學 studere propter alios; 何爲 ouei ho, quare, quam ob rem? 爲何 ho ouei, quid ita?

§us 3us. De 爲 quando non est particula hæc per transennam collige. 1°. Denotat verbum substantivum; 能多才多也人爲其 ki ouei gin ye to tsai to neng, homo est præclaris dotibus ornatus. 2°. Significat facere; 槨之爲以行徒不吾 ngou pou tou hing y ouei tchi ko, non ego pedes incedam ut illi comparem sarcophagum. Verba sunt Confucii. 3°. Significat, agere, administrare, exercere; 官爲 ouei kouan, agere mandarinum; 國爲 ouei koue

administrare regnum; 圃爲 ouei pou, colere hortum, Gallicè *faire le jardin*, &c. 4°. Sæpe dicunt sinæ 能不 pou neng, non possum, cum deberent dicere 爲不 non facio. Illud realem impotentiam importat, hoc vero defectum voluntatis. Est præclarum exemplum apud Mong-tsee. Si res de qua sermo est fieri debet tunc pou ouei 爲不 est vitium; si non fieri debet tunc 爲不 est virtus.

ARTICULUS DECIMUS QUARTUS.

DE 哉 tsai et de 乃 nài.

---

§us 1us. 哉 tsai. 1°. Frequentissimè interrogat ut dicetur infra. 2°. Est admirantis et exclamantis. Exempla selectiora sunt; 哉耳盈乎洋洋 yang yang hou yng ell tsai, musica illa mirabilis, quam jucunde implet aures! 乎 hoc loco idem est ac 哉 sed ideo......adhibetur, quia paulo-post venit 哉 et utraque simul ponitur, licet nulla fiat interrogatio; 哉乎庶 chu hou tsai, quanta populi affluentia! Tres istæ litteræ possent quoque significare, *parum certe abest*; ex orationis contextu sensus colligi debet. 3°. Eleganter ponitur post aliquod nomen, sive deinde sequatur in fine aliqua particula, sive non; 問哉大 ta tsai ven, quam magna est illa quæstio! 乎言哉富 fou tsai yen hou, quam dives et abundans oratio! 也言哉善 chen tsai yen ye, quam sana est hæc sententia! 也回哉賢 hien tsai hoei ye, quam sapiens erat Hoei! 也由哉野 ye tsai yeou ye, quam agrestis est Yeou! 道之人聖哉大 ta tsai ching gin tchi tao, proh! quanta est sancta doctrina! 也惑其哉甚 chin tsai ki hoe ye, quanta est ejus cæcitas! Littera 其 denotat vel eum qui errat et tunc 惑 erit verbum, vel errorem in quo versatur et tunc 惑 erit nomen, et subauditur est ut sæpissime fit; 哉繆其何 ho ki mieou tsai, quam turpiter errat. Littera 何 nullam hic notat interrogationem.

§us 2us. 乃 nai, significat 1°. nempè, scilicet. Tchouang-tsee ait: 以所乃生吾善也死吾善 chen ngou seng nai so y chen ngou ssee ye, bonam vitam vivo, nempe ut bona morte moriar; 善 est verbum bonificare. In symbolo fidei legitur 瘞乃而死 ssee ell nai y, mortuus et sepultus est. Difficile esset dicere cur positum sit illud 乃 nisi forte ut phrasis hoc pacto sustentetur. 2°. In libro Chu-king quater repetitur 乃: 武乃文乃神乃聖乃 nai ching, nai chin, nai ven, nai vou, loquitur de eo qui simul est et sanctus, et spiritus, et pacificus, et bellator. 3°. Volunt aliqui quod in eodem libro nai sit pronomen 2æ personæ; 心乃度 tou nai sin, scrutare cor tuum; 祖乃父乃 nai fou nai tsou, vestri majores.

ARTICULUS DECIMUS QUINTUS.

DE PARTICULIS QUÆ TEMPUS DESIGNANT.

1°. 將 notat futurum, v. g. 日將者惡爲之世後 heou chi tchi ouei ngo tche tsiang yue, olim qui volent agere malum dicent, &c; 門入將 januam ingressurus; 歿將 vel 死將 moriturus; 出可將 tsiang ko tchu, tunc licebit exire; 之問將吾.諾 no ngou tsiang ven tchi, ab ipsomet istud mox sciscitabor; 矣仕將吾.諾 no, ngou tsiang ssee y, recte, ego mandarinum brevi adhibo; 至將之老知不 pou tchi lao tchi tsiang tchi, nequidem advertit quod senectus mox ingruat; 焉至不所無將其知可 ko tchi ki tsiang vou so pou tchi yen, ex quo scire licet quod prope modum nihil non audebit.

2°. 曾 notat præteritum: 問之求與由曾 me interrogaveras de meis discipulis Yeou et Kieou; 說曾 tseng choue, jam dixi. Interpres *Tchang-kin-tching*, familiari sermone utens sic explicat: 了過說曾已 y tseng choue ko leao. Littera 說 significat dicere; quatuor aliæ tempus præteritum designant. Sic 了及言曾未 ouei tseng yen ki leao, non dixi hactenus. 經 king idem est ac 曾 tseng; 見經不 non vidi; idem est ac 見曾不 pou tseng kien, et in humili sermone 過見有沒 mo yeou kien kouo.

3°. 已 y notat quoque præteritum: 死已心而存雖形 hing soui tsun, ell sin y ssee, licet corpus adhuc vivat, animus jam mortuus est; 矣死已 y ssee y, jam obiit; 於鄭毛矣博已亦其詩 mao tchin yu chi k'i y y po y, Mao-tchang et Tchin-yuen satis magnam cognitionem habebant libri Chi-king; 甚已之病 ping tchi y chin, illum nimis male habuit; 病 est verbum, 之 est ejus regimen.

ARTICULUS DECIMUS SEXTUS.

DE PARTICULIS QUÆ AUGENT SENSUM.

1°. 愈 yu, 兪 y, et 彌 mi respondent nostro *quo magis, hoc magis*, ut exempla satis docebunt; 遠愈彼近愈此 tsce yu kin, pi yu yuen, quo propius alter accedit, hoc alter recedit longius;

至不愈而動愈力愈故 kou yu li yu tong ell yu pou tchi, et ideo quo magis contendit et attendit, hoc minus pervenit. Posuit 而 ell, ut ostendat quod 愈 licet ante bis legatur, debet sumi pro eodem; 薄益而遠益聖去 kiu ching y yuen ell y po, quo longius recedimus a sanctis hoc virtus nostra levior ac tenuior est. Supra 而 ell erat necessarium, hic vero est ad ornatum. Yang-tsee loquens de igne ait: 壯彌而之宿.明彌而之用 yong tchi ell mi ming, sou tchi ell mi tchouang, quo magis illo uteris, hoc evadit clarior, et quo plus cohibes, hoc habet plus virium; posuit 而 ell in utroque ut ostendat duas esse phrases.

2° 況 hoang crebro repetitur. Caput *Ven-yen* ait: 於況乎人於況而違弗且天乎神鬼 tien tsie foe ouei, ell hoang yu gin hou, hoang yu kouei chin hou, cœlum non est contrarium, multo minus homines repugnant, longe minus spiritus adversantur. Tres istæ particulæ 乎於而 hoc modo sæpe, non tamen semper, reperiuntur cum 況 hoang; 德其乎言於況.事於待不 tchin te pou tai yu ssee, hoang yu yen hou, vera virtus non postulat ut magna facias, multo minus ut magna loquaris.

3° 矧 chin idem fere est ac 況 hoang. Chou-king ait: 苗有茲矧神感誠至 tchi tching kan chin, chin tsee yeou miao, summa sinceritas movet spiritum, quanto magis hos populus *miao*. Sæpe invenitur 曰矧 chin yue, plus dico.

4° Multæ sunt aliæ particulæ quæ summum aliquid indicant, v. g. 聖至 tchi ching, sanctissimus; 明高極 ki kao ming, altissimus et clarissimus; 窮最 tsoui kiong, pauperrimus; 善甚 chin chen, optimus; 矣甚爲謬 mieou yen chin y, error turpissimus; 爲 hic mere ad ornatum; 上上田厥 kue tien chang chang, ille ager bonus et pinguis in summo gradu.

ARTICULUS DECIMUS SEPTIMUS.

DE PARTICULIS QUÆ INTERROGANT.

Poteram hæc remitere ad caput quartum in quo agitur de figuris; sed quoniam id fere totum pendet a particulis, melius erit eas simul hic congerere.

1° sit 哉 tsai cujus usus admodum varius est et aliam particulam fere semper secum trahit. 1° Jungitur cum 何 ho, v. g. 哉何 ho tsai, quid ita? 哉何故其 ki kou ho tsai, quam tandem ob causam? 哉疑何復 fou ho y tsai, quid adhuc dubii restat? 哉我於有何 ho yeou yu ngo tsai, quid hoc ad me? 2° Cum 豈 ki v. g. 哉此於加有豈 ki yeou kia

yu tsee tsai, quid est quod ad hoc accedere ultra possit? 哉及能以所之子二豈 ki ell tsee tchi so y neng ki tsai, quomodo illi duo discipuli mei ad hunc gradum pervenire possent? 哉惜可深不豈 ki pou chin ko si tsai, an est aliquid magis luctuosum? 3°. Cum 奚 hi, v. g. 哉可奚 hi ko tsai, fieri ne hoc potest, decet? Moug-tsee sæpe jungit *hi* et *tsai* 4°. Cum 烏 ou, v. g. 哉道足烏 ou tsou tao tsai, an meretur ut de eo fiat ulla mentio? 5°. Cum 安 ngan, v. g. 哉悲不而得安心之我 ngo tchi sin ngan te ell pou pai tsai, quo tandem modo cor meum misericordiâ non commoveretur? 哉在安果者性德謂所則 tse so ouei te sing tche ko ngan tsai tsai, hoc posito, istud quod virtus naturalis dicitur, quo abiit? Nota 在安 ngan tsai, ubi est? 哉在 ob affinitatem soni; 者性德謂所 quod est nominativus verbi 在 tsai; 果 ko, in rei veritate. 6°. 哉乎 ponitur in fine; 哉乎人由而己由仁爲 ouei gin yeou ki, ell yeou gin hou tsai, an à me solo, an ab aliis etiam pendet ut charitatem habeam? Hoc loco 而 ell minime conjungit, sed potius dividit, ut sensus sit quod a me hoc pendeat non vero ab aliis, et hoc eruitur ex interrogatione; 哉乎遠仁 gin yuen hou tsai, adeo ne remota est a nobis charitas? 哉乎多子君 kiun tsee to hou tsai, an sapiens tam multa requirit? 7°. 哉也 etiam in fine; 哉也知人求盡必何 ho pi tsin kieou jin tchi ye tsai, quid, amabo, prodest tantum laboris insumere ut alii te noscant? ita Confucius. 8°. 哉與也君事與可夫鄙與 yu pi fou k'o yu ssee kiun ye yu tsai, an quæso, vilis homo regi servire potest? Ita Ngheou-yang sieou, ni fallor. Nota in 與可 potest ne concedi, 與 est verbum, et in 夫鄙與 homini vili, est ejus regimen, et 與 idem est ac 於. Denique 哉與也 tres deinceps particulæ, 與 ponitur ad merum ornatum. 9°. Præcedit 亦不 v. g. 哉宜亦不 pou y y tsai, nonne et hoc æquum ac justum est? Sed sæpius utuntur 乎 v. g. 乎樂亦不 nonne in eo etiam voluptas est?

2° Sit 何 sine 哉 v. g. 死敢何 quomodo mori sustinuissem? 也知其何如 yu ho ki tchi ye, quomodo dici potest prudens; 有何乎政從於 yu tsong tching hou ho yeou, cur non possem rempublicam administrare? nota 政從於 est regimen verbi 有; 有何 idem est ac 哉有之難何 quænam tanta difficultas est? 乎 adjuvat particulam 於 sicut supra in 乎是於 tunc; 之廢其何之如 ju tchi ho ki fei chi, ita ne hoc peribit? Nota 之如 non debet jungi cum 何, sed significat hoc pacto. Inservit 其 quia si diceres 之廢何 sensus esset cur hoc perdis? sed hæc minuta vix possunt verbis doceri; 也何 vel 邪何 ho ye, quare? Tchouang-tsee habet 與何 ho yu, eodem plane sensu; 何如 idem quoque est, sed si nomen aliquod inseritur, alius est sensus, v. g. 何予如 ju yu ho, quid mihi facere potest mali? 何命如其 hoc ne retardare vel mutare potest mandatum; 正如何人 quid hoc ad homines rectificandos? Nota 正 est verbum et 人 est ejus regimen. 必何

作改 ho pi kai tso, cur hæc consuetudo mutari debet? 衰之德何 ho te tchi chouai, eheu quam debilitata est virtus! hoc loco est admirantis, non interrogantis.

3ª 豈 sine 哉 v. g. 害之渴饑有腹口惟豈 ki ouei keou fou yeou ki ko tchi hai, an solæ fauces sitiunt? an solus venter esurit? 理此有豈 ki yeou tsee li, vel 理斯 ssee li, idem fere est ac 敢豈 ki kan, urbane hoc dicitur: bene addunt in fine 乎 hou, v. g. 然其乎然其豈 ki gen ki ki gen hou, ita ne vero hoc ita est? Nota 其豈 sicut supra 哉在.

4ª 奚 sine 哉 v. g. 曰不奚如 ju hi pou yue, cur non dicebas? 如 hoc loco est pronomen 2ᵃ personae; 爲以奚亦多雖 soui to y hi y ouei, licet sit talium rerum abundantia, quem verum usum habent? 亦 y respondet 雖 eodem modo ac 而 ell; 以奚亦 y hi y, sic 也及其旣 ki ki ki ye, sunt argutiae sonorum nec nimis curandae, nec rejiciendae cum occurrunt.

5ª Sit 惡 ou, quae reperitur apud omnes qui eleganter scribunt; 之禁而得惡 ou te ell kin tchi, quomodo hoc impediemus? Nota; 之禁惡 vix posset fieri; 之禁乎惡 leviter sensus mutaretur; 之禁得惡 sensum servaret; sed si accedat 而 ell, longe mollior et blandior est oratio; 之當能惡 ou neng tang tchi, istud vires meas superat; quomodo hoc sustinerem? bene adjungitur 乎 hou, v. g. 名成乎惡仁去子君 kiun tsee kiu gin ou hou tching ming, si sapiens charitatem abjiceret, quomodo impleret suum nomen sapientis? 定乎惡下天 tien hia ou hou ting, quis tranquillitatem orbi restituet? 之知乎惡吾 ngou ou hou tchi tchi, unde haec ego rescire potuissem? Tchouang-tsee loquens de 道 táo, suprema ratione petit: 在乎惡果 ko ou hou tsai, ubinam sit, et respondet 在不乎無 ubique est. In his omnibus exemplis 乎 videtur habere eumdem sensum ac 於 de qua supra.

6ª 曷 ho est idem ac 何: legitur in Y-king: 用之曷 ho tchi yong, cuinam usui esse potest? 用之 transpositio pro 之用.

7ª 胡 hou, eumdem sensum habet: 乎立不胡子吾 ngou tsee hou pou li hou, cur non dignitatem aliquam adis; 子吾, sic illum compellat.

8ª 盍 ho, cur non? 志言各盍 ho ko yen tchi, cur cor vestrum mihi non aperitis? inquit suis discipulis Confucius: 志 tchi, desideria, intentio, quidquid in corde versatur: 害 ho, idem plane est. In Chu-king: 違不害 cur non is contra sortes? In Chi-king, non additur 不 pou: 澣害 ho han, cur non lavo meas vestes? Sed haec satis rara sunt.

9ª 孰 chou, quis, v. g. 學好爲孰 chou ouei hao hio, quis ex vobis amat studium virtutis? 足不與孰君足姓百 pe sing tsou, kiun chou yu pou tsou, cum populus nulla re indiget, quid regi deesse potest? 是於大孰 an est aliquid grandius? 孰禮知而子管禮知不 si Kouan-tsee dicitur scire ritus, quis est qui ritus ignorare dici possit?

10° 誰 choui, v. g. 誰者亭作 tso ting tche choui, quis est qui hanc aulam fecit? 與過之誰是 cujus est culpa? 戶由不出能誰 choui neng tchu pou yeou hou, quis cui liberum est exire non exit per januam? 誰者殃降祥降 kiang tsiang kiang yang tche choui, quis est ille qui premia et pœnas decernit et immittit? 孰 et 誰 choui, sunt potius pronomina quam particulæ, sed parum refert.

Præterea memineris quod agendo de particulis 乎 hou, 耶 vel 邪 ye, 歟 yu et 焉 yen, monui eas quoque servire interrogationi, atque ex his colliges quam dives sit lingua sinica; et quam copiose ideas aliter atque aliter exponat.

ARTICULUS DECIMUS OCTAVUS.

DE PARTICULIS FINALIBUS.

Non hic annumero 也 ye, 乎 hou, 耶 vel 邪 ye, 與 yu, 耳 ell, 焉 yen, 哉 tsai, quia de his jam fusè actum est suis in locis.

Particula 已 y præceditur ab 而 v. g. 已而一則 tse y ell y, unum est dumtaxat; exempla passim obvia: vel præceditur ab 也 v. g. 已也方仁謂可 ko ouei gin fang ye y hoc dici potest charitatis comparandæ modus; 已也學好謂可 ko ouei hao hio ye y, dici potest quod toto corde virtuti det operam; 已也由末 nullum est remedium, via nulla; 已也觀足不 pou tsou kouan ye y, hoc non meretur aspici; 已也之末 noli illuc ire; 之 hoc loco est verbum.

Particula 夫 fou, vel sola, v. g. 夫善 chen fou, idem ac 也善 recte; 揜可不之誠夫此如 tching tchi pou ko yen ju tsee fou, usque adeo summa sinceritas obscurari nequit: vel cum 矣 præcedente, v. g. 夫矣有 cheu! nimis frequenter accidit! 夫矣命之亡 vang tchi ming y fou, tu morieris, ita mandatum ac decretum est: vel præcedit 也 ye, v. g. 夫也知我莫 mo ngo tchi ye fou, heu! nemo me novit; 夫也意此皆 kiai tsee y ye fou, in omnibus idem est sensus: vel ponitur quoque initio, v. g. 耳其下而目其高能夫 夫也天匪者 fou neng kao ki mou ell hia ki ell tche, fei tien ye fou, qui potis est attollere oculos suos et suas aures demittere, nonne cœlum est? hoc est: Cœlum humilis audit et superbos a longe cognoscit.

Particula 矣 y est mera finalis: exempla passim obvia; 矣道近則 tse kin tao y, sic non longe abest à via recta; 矣之知不吾 ngou pou tchi tchi y, ego non capio tales homines. Respondet particulæ 者 v. g. 者美其知而惡 ou ell tchi ki moei tche 矣鮮 sien y, pauci sane vident bona quæ habent ii quos oderunt. Hoc loco nihil explicatur sed nudè asseritur; et in hoc ipso 矣 differt ab 也. Post 矣 y ponitur 乎 vel 夫 v. g. 之神鬼乎矣盛其德爲 sed jam vidimus ejusmodi phrasium conformationem; 夫矣已 reperitur vel initio vel in fine; 夫矣已吾 eheu perii.

Particula 兮 hi sæpissme occurrit in Chi-king, apud Lao-tsee, et in quacumque poesi, v. g. 兮人之方西兮人美彼 pi moei gin hi, si fang tchi gin hi, ille formosus præ cœteris, ille vir ex occidente venit. Ad hunc libri Chi-king locum dicunt interpretes, quod author non potest exprimere quidquid sentit, et ideo adhibet 兮 hi, quæ particula magnam emphasim habet. Vocatur 辭歌 seu vox in canticis usurpari solita.

Littera 云 yun significat *loqui, dicere,* verbum, at in Chi-king est particula quæ ponitur initio cum aliqua nota interrogationis, v. g. 何之如云 yun ju tchi ho, quomodo? 誰云思之 yun choui tchi ssee, de quo cogitas? 喜不胡云 yun hou pou hi, vel 樂不胡云 yun hou pou lo, quomodo non gauderem, vel cur non lætaris? Littera 言 yen, quae fere idem ac 云 in eodem sensu legitur in eodem Chi-king; 桑其采言 yen tsai ki sang, plantemus moros; 蝱其采言 yen tsai ki meng, legamus flores qui tristitiam pellunt. Ita quidem interpretes de 云 et 言, sed non certum est quod in eo non errant. Ut ut sit 云 claudit orationem; 云子君俟以 y ssee kiun tsee yun, atque expectando sapientem lectorem.

CONCLUSIO TOTIUS TRACTATUS.

Inter particulas, quas toto hoc capite conatus sum explicare, facile fuit advertere quod multæ sint quæ pingantur simul, sive ut sese mutuo fulciant, seu propter varietatem et elegantiam, sive etiam ob luciditatem, quò sensus fiat clarior. Eas infra per modum recapitulationis hic collocabo. Hunc indicem percurrendo perutile erit secum cogitare quem locum singulæ postulent, quem usum habeant, quem sensum efficiant, &c.

PARTICULARUM INDEX.

矣夫。	如何。	云爾。	惡乎。	然且。	然乎。	矣哉。	也哉。	者邪。	者也。
云乎。	何哉。	焉耳。	嗚呼。	然則。	然矣。	已矣。	也與。	者哉。	也者。
云何。	何矣。	且如。	乎耳。	若然。	然亦。	已乎。	也已。	焉哉。	者耶。
	矣乎。	何如。	云耳。	然乎。	然而。	乎哉。	也耶。	也夫。	者乎。

Occurrunt non rarò tres simul junctæ 乎矣已 vel 夫矣已; quanquam tunc 已 melius sumitur pro verbo sistere se, non progredi, ut sensus sit, ohe! jam satis est, desine tandem, et idem forte accedit in 矣已而. At in sequentibus revera sunt tres; 也矣而, 哉與也, 以何哉, 哉乎庶,—人得如乎爾焉, ju te gin yen ell hou, dignum ne hominem invenisti? 如 pronomen 2ª personae, 爾 particula, idem ac 耳; 盡矣耳焉心 ex toto cordo.

Imo putaret aliquis quod sint aliquando quatuor, v. g. 矣已也何之末吾 equidem quid ultra faciam nescio; 矣已而焉至月日 rite per unum diem aut mensem procedunt ac postea cessant. At in prima phrasi 何 non debet jungi cum tribus litteris sequentibus, et in 2ª 焉 cadit in 至 quod præcedit. Adde quod 已, ut dictum fuit, videtur esse verbum et non haec cadit in sequentes. 乎已乎已 vel 而已而已 ô desine tandem. Praeterea nihil est aliud quam 乎已 et 而已 quod bis repetitur.

Non putavi necessarium esse phrases sinicas de verbo ad verbum latine reddere. Hoc enim satis plaerumque inutile est, imo persaepe est prorsus 'ADUNATÒN. Igitur satis habui verum sensum afferre, et hoc ipsum valde proderit, dum unusquisque conabitur sensum illum ex sinicis litteris per semet ipsum eruere, sicut ego feci non semel ut iter aperirem.

In duobus capitibus quae sequuntur, non multum attendam ad particulas; sed totus ero ut stylum edoceam amoenosque horti sinensis flores unde legam, non modo ut Europæi hujus linguae suavitatem degustent, sed etiam ut et ipsi concinne et eleganter sinicè scribant, si velint.

CAPUT TERTIUM.

DE DIVERSITATE STYLI SINICI ET DE OPTIMO GENERE SCRIBENDI.

Quod apud omnes orbis populos contegisse legimus ut feri ac silvestres homines paulatim mansuescere cæperint, sermonisque rusticitatem jucundus verborum lepos, tersæque orationis elegantia sensim perpolierit, istud ipsum sinicae genti accidisse fatebitur quisquis veteri sinarum historiae fidem habere volet. Ex ea enim patet quod sinenses ceteris populis in eo genere feliciores non fuerunt, et tamen ab ipsis velut incunabulis sui imperii sui hieroglyphos habent stupendo artificio efformatos, librosque conservant quos vocant 經 king; eosque cum propter temporis antiquitatem, tum ob arcanae doctrinae mysteria, tum etiam propter laconici styli robur, adeo mirabiles ut nemo inter posteriorum aetatum scriptores inventus sit, qui ad talem orationis formam vel à longè appropinquare potuerit. Atque hoc, quod nullus homo sina negaverit, semel posito, utrum sinica gens ejusmodi monumenta proprio marte procuderit, an vero per traditionem a majoribus illa potius acceperit, quaestio est, quam, cum non sit hujus loci atque operis, relinquo peritis ac cordatis viris disjudicandam, ac praesens caput in tres articulos divido; 1us diversos in stylo gradus assignabit; 2us varia praecepta circa stylum tradet; 3us data praecepta selectis exemplis ob oculos ponet.

ARTICULUS PRIMUS.

GRADUS IN STYLO DIVERSI GENERIS ASSIGNANTUR.

In memoriam revocanda sunt quae jam in introduxione diximus de variis librorum sinicorum classibus. Sed notitia quae ibi datur potius ad ipsos libros spectat quam ad stylum. Cum autem stylum uniculque classi proprium discernere permagni momenti sit, hoc accurate nunc mihi est agendum.

1° Est stylus antiquus, 文古 kou ven, qui reliquos omnes granditate et majestate longe supereminet, litteris perpaucis miros sensus includit. Si verba spectes, nihil brevius ac praestius; si ad sententiam attendas, nihil disertius ac uberius. Ad supremum hunc magnifici styli verticem prope accedunt plurimae sententiae concisae et graves, quae in variis libris antiquis sparsae adhuc leguntur, debentque propterea sic tanquam gemmae studiose et avide colligi.

2° Post veros 經 king, quos non agnosco nisi tres, scilicet 易 y, 詩 chi et 書 chu, veniunt, 1° Liber Tchong-yong, etsi nimis forte luxuriet. 2° Liber Ta hio, quoad textum quem

Tseng tsee commentariis explicuit. 3° Liber Lun-yu qui dissipatis sententiis constat, et nullibi particulae sunt frequentiores. 4° Liber Li-ki, non integer, sed selecta ex eo capita et loca in quibus apparet optimi styli color. 5° Liber Tao-te king cujus stylus antiquitatem sic redolet, ut Ssee-ma-kouang ipsis libris *king* ob styli brevitatem illum praeferre non dubitaverit,-- 乎深丘也約之子老如,--laus nimia et falsa. Ut enim de Chi-king et Chu king taceam, quid dicit iste libellus quod Y-king suis symbolis et brevius et validius et melius longe ante non dixerit? 6° Poemata dicta 辭楚 tsou tsee, in quibus suave olentis primi veris flosculos olfacere et omnes amœnioris poeseos veneres degustare licet. 7° Liber 經海山 chan-hai-king, ex quo sic tanquam ex fonte sinici poetae hauriunt quidquid habent quod poesim et fictionem redolet, ita ut sine Chan-hai-king poesis apud sinas brevi periret.

In 3° gradu reponendi sunt authores sequentes: 1° 子莊 Tchouang-tsee, 2° 子列 Lie-tsee, 3° 子尹關 Kouan-yun-tsee, 4° 子荀 Sun-tsee, 5° 子孟 Mong-tsee, 6° 子楊 Yang-tsee, 7° 子南淮 Hoai nan-tsee, 8° 子呂 Liu-tsee, qui omnes habendi et terendi sunt ei qui sinicam elegantiam conseqni desiderat. Inter hos reposui 孟子 Mong-tsee, quia solam scribendi formam hic attendo, nec curo quod iste Mong-tsee tanti fiat à modernis sinis, ut cum eodem prope loco ac numero cum Confucio ac Confucii nepote cui librum Tchong-yong assignant, reponere non dubitent. Satis quidem bene scribit Mong-tsee, quamvis sit natura loquacior; sed Sun-tsee et Yang-tsee illi non cedunt, et mea quidem sententia Tchouang-tsee et Lie-tsee illum superant. His adde 1° 氏左 Tso chi, cujus geminum opus, nempe 傳左 tso tchouen, et 語國 koue-yu tantopere laudatur ob stylum antiquitatis sapore passim conspersum. 2° 遷馬司 Sse ma-tsien, qui sicut Tchouang-tsee et Tso-chi inter ingeniosos et elegantes scriptores, 子才 tsai-tsee vocant, nec plures sunt quam quinque, numeratur. Sat raro particulis utitur, quia luxuriantis orationis flosculos historiæ gravitas resecare debet. 4° Denique gradu bene multi veniunt scriptores qui licet posterioribus dynastiis floruerint, sermonis elegantia, omnes qui deinde secuti sunt, facile superant. Tales sunt, 1° 愈韓 Han-yu, qui florebat sub dynastia 唐 t'âng. 2° 修陽歐 Ngheou-yang-sieou, in quo nescias quod magis laudes an critices sanitatem an puritatem sermonis. 3° 坡東蘇 Sou-tong-po. 4° 朱熹 Tchu-hi quisi quando vult scribit purissime et eleganti stylo. Bene multos alios possem addere quorum opuscula jussu Imperatoris Kang hi collecta sunt in unum opus dictum 文古鑑淵 kou ven yuen kien. 5° Inter ipsos interpretes, plurimi reperiuntur, qui optime ac nitide scribunt. 6° Inter poetas maxime laudantur 部工杜 Tou-kong-pou et 白太李 Li-tai-pe.

Non loquor de 文世 chi-ven: sic vocant compositiones illas rhetoricas in quibus sinæ litterati totam suam ætatem misere conterunt; ex quo 石安王 vang-ngan-che regni minister

sub familia 宋 song, istas amplificationes pro scholasticorum examine instituit. Nihil illis fingi potest pulchrius et inanius. Ventus est qui molli sono jucunde pulsat aures sine ullo alio fructu ; flosculi sunt qui pascunt oculos, interim dum mens jejuna remanet. Calamistris trita est oratio, pigmentis abundans, et sensu vacua; fac illa pulchella membra subeat aliquis succus; sinæ ut sunt ingeniosi illius saporem statim sentient. Sed non sunt verâ philosophia reconditisque litteris satis instructi, ut emortuis suis floribus mentem et vitam addere valeant.

ARTICULUS SECUNDUS.

GENERALIA PRÆCEPTA DANTUR CIRCA STYLUM.

Optime et eleganter 子楊 Yang-tsee tres ordines in stylo distinguit. 1° Quando major vis adhibetur in sententia quam in verbis, 伉則辭勝事 ssee ching tsee, tso kang, tunc stylus est durior et horridior. 2° Cum non tanta cura est de re, quæ dicitur, quam de verborum lenociniis quibus ornatur, 賦則事勝辭 tsee ching ssee tse fou, stylus est poeticus et nimis comptus. 3° Cum nec sententiæ gravitas nec elegantia sermonis sese mutuo superant, hoc est cum pulchra sententia pulchris verbis quasi vestitur, 經則稱辭事 ssee tsee tching, tse king, tunc stylus est optimus librisque 經 king dignus. Tres sunt phrases tam miro artificio colligatæ, ut diversæ litteræ plures non sint quam octo, licet unaquæque quinque litteris constet. Eodem sensu Ngheou-yang-sieou ait : assumuntur verba ut aliquid semper secum ferant, 事誠以書; et venustos quæritur ut isto lepore verba contingantur, 言飾以文而; quando nihil nisi verum ac solidum dicitur et ornate atque eleganter exprimitur, 文言信事,-- tunc a stylo librorum king, non longe distat oratio, 遠不經去未: quatuor sunt phrases; 1ª et 3ª habent quatuor litteras, 2ª et 4ª habent quinque, et solæ istæ quatuor litteræ 文言信事 ssee sin yen ven comprehendens quidquid de optimo stylo dici potest.

Nihil igitur magis curandum est quam ut oratio sinica sit veluti corpus solidum et succi plenum, cujus membra sibi mutuo tam apte respondeant, ut nihil distortum aut mancum appareat, sed omnia in suo loco et in bono lumine collocentur, ideoque sicut in uno corpore mira cernitur varietas partium, quæ tamen communione quâdam suavissimisque vinculis continentur inter se, sicut insinuo discursu phrases omnes, imo et ipsæ litteræ ita variandæ sunt, ut phrasis phrasim et littera litteram fulciat et adjuvet. Hinc tam sæpe accidit ut eadem littera bis iteretur, vel cum aliqua, quæ sit affinis, maritetur, vel ut aliqua particula mentem orationem, veluti apta fultura sustineat.

Licet phrases aliæ aliis sint longiores, inter eas tamen debet esse certus quidem concentus,

fere ut in poesi gallica dantur versus, qui liberi et mixti vocantur, quod, ad arbitrium poetæ breviores intertexti sint longioribus. Quamdiu tamen quid, in tanta varietate, sit observandum, ut inoffensâ legantur aure, nesciveris, versus non nisi ridiculos et illepidos facies. Ita omnino dicendum est de sinicis phrasibus quae quatuor litteris plaerumque constant. Si tamen ejusmodi phrases perpetuae sint, fastidium tandem creant, et oratio varietate sic tanquam sale condiri debet. Interponendæ igitur erunt aliae modo trium litterarum, modo quinque, modo sex, septemve. Sed valde notandum quod admodum raro contigit, ut phrasis grata sit, quae sola in suo genere occurrit. Ergo plures ponendae sunt, vel deinceps, vel alterius, vel alio quovis ordine prout usus paulatim docebit.

Praeterea elegans scriptor saepe materiam suam sic ordinat, ut tres aut quatuor ideas statim menti simul offerat, ac eas deinde sub novo lumine bis terve tam jucunde collocet, ut animum rapiat, et ad clamores faciendos excitet.

Talis est apud Ciceronem locus insignis ad quem coronam omnem exclamasse ipsemet narrat. Agitur de supplicio parricidarum, quos vivos insuebant in corio et sic demergebant in profundum. " O singularem sapientiam, judices, inquit Tullius, nonne videntur hunc hominem ex " rerum natura sustulisse, cui repente cœlum, solem, aquam, terramque ademerunt? Ut qui cum " necasset, unde ipse natus esset, carreret his rebus omnibus ex quibus omnia nata dicuntur. " Etenim quid tam est commune quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus " ejectis? Ita vivunt dum possunt, ut ducere animam de cœlo nequeant ; ita moriuntur ut eo- " rum ossa terra non contegat ; ita jactantur fluctibus, ut numquam abluantur ; ita postremo " ejiciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conquiescant." Sic et tu materiam tuam aliquando dispone, cum sinice scribes, si vis laudem aliquam apud sinas consequi.

Denique, si ignoret quid valeant accentus, nec eos adhibeat in praxi, ne sinice tentet scribere. Soluta quidem oratio apud Sinas quemadmodum apud Græcos et Romanos non ita severè numeros observat atque poesis; tamen quod Demosthenes et Tullius reliquos oratores tam longe superent intervallo, non hoc ex ubertate materiae et dictionis praecise provenit, sed maxime id debent numeris quos diligenter aucupabantur, ut aures teretes et religiosae norunt. Sinae porro longe scrupulosius vocum accentus temperant, quam Græci et Romani ad syllabarum quantitatem umquam attenderint. Plurimae phrases totidem litteris constantes deinceps poni possunt, dummodo non omnes per eumdem accentum desinant; at si accentus idem perpetuo feriat aures, oratio nec legi nec audiri poterit a sinis nisi cum incredibili nauseâ.

Errant Europaei cum putant tam difficile esse accentibus recte sinicis uti. Quinque enim accentus, ut jam alias monui, ad duos reducuntur ordines 平 ping et 仄 tse. Ping-ching sibi sumit duos, scilicet ¯ et ^ . Tse-ching alios tres ` ´ et ˘ sibi vindicat. Atque adeo cum nostris syllabis, quarum aliae longae sunt et aliae breves, conferri debent. Porrò, quanto difficilius est purum iambum facere, hoc est seligere syllabas duodecim, quarum sex, quae sedes impares occupant, breves sint, et sex aliae in sedibus paribus positae sint longae, v. g.

Bĕātŭs illĕ quī prŏcūl nĕgōtĭīs.

Quantò, inquam, hoc laboriosius est quam attendere ut post unam vel alteram phrasim, quae

per 聲仄 tse-ching desinit, inseratur una vel altera, quae desinat per 聲平 ping-ching, et ut in ipso phrasim corpore simul concinne misceantur, ne si 平 ping vel 仄 tse, crebrius feriat aures, nauseam pariat. Pueri apud nos omnis generis carmina graeca et latina facere brevi tempore addiscunt, et Missionarii non poterunt accentum *ping* ab accentu *tse* distinguere, simul que recte componere, quis hoc serio dixerit.

Frustra hic adderem minuta praecepta multaque in variis ad exempla quae proferam notis longe melius insinuabuntur et clarius per ipsamet exempla intelligentur.

ARTICULUS TERTIUS.

QUÆ DICTA SUNT SELECTIS EXEMPLIS OB OCULOS PONUNTUR.

Ut styli diversitas statim appareat, afferam 1°. unam et alteram sententiam quae variis temporibus variis modis exposita fuit: 2°. plura exempla ex omnibus styli generibus dabo.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

EADEM SENTENTIA DIVERSO TEMPORE DIVERSIMODE EXPOSITA.

1ª *Sententia:* 明聰天惟 ouei tien tsong ming. Sumpta est ex Chu king, et significat quod intelligentia soli cœlo propria est, et quatuor litteris absolvitur.

1°. Yang tsee idem dicit sed litteris sexdecim: 聰爲天惟 ouei tien ouei tsong, 天惟明視, id est, solum cœlum clare audit, solum cœlum clare videt; 目其高能 neng kao ki mou, 耳其下而 ell hia ki ell, potest attollere suos oculos, et demittere suas aures.

2° Sse ma kouang adhibet 38 litteras ut idem dicat; 形無於視聲無於聽則天 id est, coelum non ita, sed audit ea ipsa quae nullum sensibilem sonum reddunt, et videt ea quae nullam figuram corpoream habent; pergit et sese explicat: 之知必天者心於發也明聰之天若無故 vel si levis cogitatio in corde forte pullulet, cœlum illam statim certo cognoscit, et ideo nihil est coelo intelligentius; 卑聽以所下耳遠見以所高目 oculi ejus altissimi et ideo cernit longe, ejus aures infra descendunt et ideo humilia quaeque audit.

3°. Commentaria Ge-kiang nihil aliud totis 76 litteris dicunt quam quod Chu-king litteris quatuor tam clare dixit; 上在高高天惟 solum cœlum altissimo velut in solio sursum est; 靈至神至公至虛至 [a] summe purum, summe justum, summe spirituale, summe intelligens; 見不無明而視需不.聞不無聰而聽用不 [c] non opus habet oculis arrectis ut omnia minutatim audiat, non intendit oculorum aciem ut cuncta cernat acutissimè; 監之天逃能不舉戚休之生民.失得之令政惟不 [d] non modo illa quæ bonum vel malum regimen adducunt, populosque vel beatos vel miseros reddunt, oculis cæli sunt apertissima 地之闇不睹不中 [e] 之漏屋室房帷 sed quæ in abditis cœcisque locis facimus putamusque nec videri nec audiri, 察照昭皆亦此如明聰之天.焉遺纖 Cœlum haec omnia clarissime scrutatur, nec quicquam ipsi excidit, atque cæli perspicax intelligentia talis est.

Nota : Prolixa quidem oratio, sed nitidissima et elegantissima, ut statim videt quisquis vim particularum sentit, et phrases ad invicem comparat. 1° enim in duobus phrasibus, [a] quam bene quater iteratur 至 tchi. 2° Duæ sequentes, [c] quam exacte sibi respondent? Post tres litteras 聽用不 et 視需不 debet fieri parva pausa. 3° 惟不 non modo. 舉 kiu ista omnia (quæ duabus phrasibus omnino gemellis enumeravit) 即 sed 皆亦 etiam omnia hæc, quæ pariter duabus phrasibus [e] absolvit. 4° Particulae 惟不 non numerantur, ne noceant phrasibus [d] quæ sequuntur. Sic nec 即, ne turbet duas phrases, [e] &ct.

2ª *Sententia:* 草惟民.風惟爾 ell ouei fong, min ouei tsao, sumpta est ex eodem Libro Chu-king, et significat, Tu, Rex, ventus es, et populi tui sunt arbusta. Duæ sunt phrases litterarum trium, nec melius ac brevius quicquam dici potest.

1°. Liber Lun-yu id ipsum dicit, sed litteris sexdecim: 草德之人小.風德之子君 kiun tsee tchi te fong, siao gin tchi te tsao, i. e. Regis virtus ventus est, et populi sunt herbulæ et junci; 偃必風之上草 quando ventus transit super calamos, statim inflectuntur; 之 hoc loco est verbum *transire.*

2°. Lieou-hiang opus habet 32 litteris ut idem dicat: 草靡風猶下化之上夫 superior convertit suos inferiores sicut ventus teneras plantas inflectit. Miror cur non posuerit 風之 non modo ut responderet 之上, sed etiam ut duæ istæ phrases ex æquo litteris quinque constarent: Pergit: 東而靡草則風西.西而靡草則風東 si ventus flat ab oriente, planta vergunt ad occidentem; si ventus venit ab occidente, plantæ versus orientem inclinantur. Duæ istæ phrases ex eodem torno prodierunt. Demum concludit: 所風在靡之從草而俯 pendet igitur a vento ut ad hanc vel illam partem arbusta sese convertant.

Verbosior esset oratio, siquis symbolum hoc exponere vellet diceretque: componitur orbis ad regis exemplum. Si rex sanctus est populus virtutem colit. Si rex est malus, populus

in vitia regis flectitur. Hoc peccavit Mong-tsee; bene quidem sic incipit: 嘗木之山牛也國大於郊其以矣美 silvæ montis Nieou amœnœ et densœ erant, ut par erat. Jacet enim in viciniâ magni regni. Duæ phrases eodem litterarum numero constant, sed caetera diverse pergit: 乎美爲以可之伐斤斧, sed ubi semel excisae fuerunt, quaenam formositas monti remanet? Pergit: 之蘗萌無潤斤之露雨息所之夜日其是焉生 verumtamen per placidae noctis requiem, occulto iterum crescunt sylvae, et rore atque imbribus recreata radix nova germina paulatim trudit. Sunt duae phrases sibi invicem respondentes: *ge ye tchi so si, yu lou tchi so jun..* 息 *si* est verbum. Pergit: 牧而從又羊牛也濯濯彼若以是之 cum ecce bonum armenta et ovium preges illuc ducuntur geminasque vix erumpentes certatim tondent et mons denudatus remanet; 以也濯濯其見人焉材有嘗未爲 qui deinde montis calvitiem vident non putant umbrosas silvas ibi aliquando extitisse; 哉也性之山豈此 at istud ne est naturam montis cognoscere? Hic haesissent veteres et ista ipsa præstius ac fortius extulissent. Sed Mong-tsee garrulitatis amantior hoc symbolum fuse ac pueriliter applicat cordi ex quo prodeunt virtutis sicut arbores ex illo monte. Talia lectori cogitanda relinquere satius est.

Nota. Scholastici sinae qui nihil aliud quam suum Mong-tsee crepant, quia nihil fere aliud legerunt, mihi videntur ex hoc loco magistri sui Mong-tsee totum usum particularum, quem habent hausisse. Sic enim solent statim ponere 矣 ac deinde 也 pergunt et venit 乎 et 焉 ac tandem in fine 哉 也. His adde 者 et 之 et omnem scholae sinicae supellectilem possidebis.

PARAGRAPHUS SECUNDUS.

VARIA EXEMPLA EX OMNIBUS STYLI GENERIBUS.

1um Ex Y-king symbolo 益 y.

---

hia	下益上損	益	Nota. Septem sunt phrases quae desinunt in *ang* ac simul
ki'âng	疆无說民	1.	proinde consonant, et illae litterae, ut vides, sunt — vel 人
hia	下 hià 下上自		hoc est 聲平 ping ching; ex septem aliis phrasibus quae
kouâng	光大道其	3.	lineis. 1, 3, 5, &c, imparibus continentur, quasque minime
vàng	往攸有利		consonare necesse est quinque sunt ˏ vel ˎ seu 聲仄
ki'âng	慶有正中	5.	tse ching, duae nempe 川 tchou'ēn, et 生 sèng, sunt quidem

tchouēn 川大涉利
hâng 行乃道木
sún 巽而動益
ki'âng 疆无進日
sē'ng 生地施天
fāng 方无益其
tâo 道之益凡
hâng 行偕時與

ping-ching, sed 巽 sun et 道 tao quae sunt *tsœching*, faciunt ne aures teretes offendantur.

Omnia porro concinnata sunt quatuor litterarum, et rhythmi qui sine ullo negotio sentiuntur accentusque apte ordinati non levem gratiam orationi desc sat venustae conciliant, sensus autem talis fere est :

Symbolum 益 y. Sacrificatur superior in bonum inferioris. Populi lætantur sine fine. Ex alto descendit seque infra subjicit. Propter quod ejus via tota luminosa est. Bonum est ut pergat, medius et rectus singularem felicitatem reducet. Bonum est ut transeat magnum torrentem, sic enim ligni lex ad omnes pervadet. Symbolum 益 y fortis et obediens excitat et subjicit se. Semper ascendit sine fine. Cœlum dat, terra producit. Hæc utilitas est sine loco et modo, quæcumque in sua ratione includit 益 y, cum tempore gradiuntur et tempore suo evenient.

Pænitet me vel egestatis linguæ latinae, vel penuriae ingenii mei, quando versionem hanc cum sinico textu comparo. Si autem hic esset locus, libenter peterem de quo sermo sit; quid significet transire magnum illum torrentem et ligni legem seu doctrinam 道 ad omnes pervadere.

IIum Exemplum ex libro Chou-king.

Eheu attende cogita tecum. Sancta documenta undequaque te premunt, praeclara illa monita illuminant te. Supremus Dominus, non semper erit erga te, sed si mutas mutabit. Qui bene agunt bonis omnibus ab illo cumulantur. Peccatores autem omni paenarum genere idem plectit. In bono nihil tibi leve sit, à levi enim bono totius orbis felicitas. In malo nihil magnum ducas, id enim familiam tuam perdet.

tsāi 哉念呼嗚
yâng 洋洋謨聖
tchāng 彰孔言嘉
tch'âng 常不帝上惟

Nota. Litterae notatae 平聲 ping-ching, sunt ejus deni rhythmi, hoc est eumdem sonum habent, et eumdem accentum. Utramque enim ex aequo requiritur. Imo quando idem est accentus, aliquando mutantur soni, v. g. 宗 vulgo legitur tsōng; hic debet legi tsāng. Sic 疆 k'ing, et supra 行 hing, legi debent ki'āng et hâng, *per non offender la ruina*, ut aiunt Itali.

tsi'âng 祥百之降善作
yāng 殃百之降善不作

Videntur sex primae phrases desinere per *ping-ching*; sed nauseae occuritur quia post 善作 et 作

siaò 小罔德惟爾
ki'ang 慶惟邦萬
tá 大罔德惟爾
tsâng 宗厥墜

善不 debet fieri pausa. Littera autem 善 est *tse-ching, chén.* Videntur quoque phrases non tam bene ordinatae quam in exemplo praecedenti; at quando sensus est magnus et clare expressus, talis negligentia ingrata non est. Nunc duae 1ae phrases satis bene sibi respondent. Ita 常不帝上惟 est quasi principium et propositio generalis mox explicanda. Item 善作 et 善不作 sicut 德 et 德不 censentur sibi satis respondere, quia 善不 et 德不 unum designant cui 善 et 德 opponuntur unica. Ultima phrasis non respondet superiori: 宗厥墜 TO 邦萬 慶惟; sed vel forte deerit una littera, v. g. 宗厥墜惟

IIIum Exemplum ex eodem Chu-king.

Nihil terribilius corde hominis; nihil subtilius corde virtutis. Esto purus, esto simplex, nec umquam illud medium dimitte. Noli credere verbis inanibus, et consiliis non bene meditatis ne utere. Quis magis amandum populo quam Rex? quid magis timendum regi quam populus. Si populus suum regem non colit, quem colet? Si rex populum non curet, ejus regnum quomodo stabit? Haec cogita, tibi attende et tuis, omnium vota virtus tua superet. Curam habe de omnibus egenis, et a caelo accipies regnum aeternum.

oûei 2. 危惟心人
oûei 2. 微惟心道
y 一惟精惟
tchông 1. 中厥執允
t'ing 1. 聽勿言之稽無
yông 1. 庸勿謀之詢弗
kiūn 3. 君非愛可
mûn 3. 民非畏可
tại 戴何后元非衆
pōng 1. 邦守與罔衆非后
tsāi 哉欽
oúei 位有乃愼
yúen 願可其修敬
ki'ông 1. 窮困海四

Nota. 1°. Quod omnes litterae notatae 1, simul consonant. 邦 pāng, lege pōng et 聽 t'ing lege t'ōng. 2°. Duae phrases notatae 2 servant metrum sicut duae quae notantur 3. Unde putem legendum 民 mûn propter 君 kiun. 3°. reliquae phrases nullum habent rhythmum, sed earum ope accentus *ping-tse* miscentur. 4°. Ex phrasi 衆非后 libenter tollerem litteram 與 sic enim magis quadraret cum praecedenti eodem modo ex phrasi 其修, istud 敬 posset abradi, si fas esset in istis veterrimis unum apicem immutare. Porro ejusmodi rhythmi plurimum gratiae orationi

tchông 1. 終永祿天 conciliant.

Sic apud nos Virgilius de Orpheo loquens ait:
Quid *faceret*? quo se rapta bis conjuge *ferret*?
Quo fletu manes, qua numina voce *moveret*?

IV^um^ EXEMPLUM EX EODEM LIBRO.

一克于協主常無善師爲善主師常無德 virtus in verba nullius magistri jurat. Determinata voluntas ad unum unicus magister ejus est. Bonum nulli rei mancipatum est, sed semper eo tendit ut omnia cum uno concordent.

Nota: Ingeniosa illa repetitio litterarum 師 *ssee* 主 *tchu* 善 *chen* et 常 *tchang* leporem habet quæ nullis verbis potest explicari. Tales veneres orationis sæpe occurrunt in libris antiquis.

V^um^ EXEMPLUM EX EODEM LIBRO.

及不若身撿備求不與忠克下爲明克上居 cum rex est sapiens, subditi fideles sunt, alios ne urgeas quasi non sat cito facerent. Te semper excita quasi numquam satis esset quod agis.

Nota quam apte phrases sibi mutuo respondeant.

VI^um^ EXEMPLUM EX EODEM LIBRO.

逭可不孽作自違可猶孽作天 mala quæ veniunt a cælo declinari utique possunt; sed quæ ipsemet homo facit effugere non potest. Atque adeo nemo proprie læditur nisi a se ipso.

Nota: quatuor istæ phrases tribus litteris constant et auribus valde gratæ accidunt.

VII^um^ EXEMPLUM EX EODEM LIBRO.

位厥保德厥常常靡命諶難天 caelo difficile creditur, ejus favor perpetuus non

[illegible] S. virtus perseverat perseverabit et dignitas; 亡以有九常靡德厥 si vero virtus deficit, omnia quae possides tibi peribunt.

Nota post quatuor phrases trium litterarum sequuntur duae litterarum quatuor. Sed vide quam bene ad invicem sibi respondeant. Non opus est ullis particulis quando tam graves sunt sententiae et tam concinne exponuntur.

VIII^um^ Exemplum ex eodem libro.

凶不罔動三二德吉不罔動一惟德 si virtus una sit et simplex, in cunctis quae ages felix eris, si vero cor divisum sit ac duplex, in omnibus miser eris.

德在祥災降天惟人在僭不凶吉惟 ut bene vel male agas pendet à te. Ut cœlum præmia vel pœnas decernat pendet ab operibus tuis bonis vel malis.

Nota: Duæ phrases trium litterarum alterius cum duabus quatuor jucundè miscentur. Postea sunt duae litterarum septem ita compositae, ut post quinque primas in utraque fiat pausa. Ejusmodi stylum, si quando tractamus grandia, non minori curâ debemus imitari, quam illum qui variis particulis sic tanquam fuco debet illicis.

IX^um^ Exemplum ex libro Chi-king.

莫之民求方四觀監赫有下臨帝上矣皇 augustissimus Supremus que Dominus appropinquat terræ cum majestate magnâ considerat quatuor orbis partes et quærit qui populos felices reddere valeat. Eodem modo loquitur liber Chu-king cum ait quod augustum cœlum respiciat in omnes terræ plagas amanter quaerens hominem cujus virtus una et semper eadem sit: 德一求眷方萬於監天皇.

Nota: In hoc loco ex libro Chi-king littera 莫 legitur vulgò mŏ vel legendum *me*, ut consonet cum *he*, vel littera 赫 *he* debet legi hŏ, ut sit rhythmus cum *mo*. Litteram 皇 verti per *augustum;* dicit in compositione suâ 王自 *tsee vang*, a se rex proprius autem litterarum sensus non poterit aliunde melius peti quam ex earum analysi cum Chi-king dicit 方 四 quatuor plagas, idem prorsus est ac 方 萬 decem mille, seu omnes mundi partes de quibus Chu-king.

X[um] Exemplum ex libro Ta-hio.

善至於止在民親在德明明在道之學大 magna et sancta doctrina id unum intendit ut homo sistat in summo bono. Istud autem duobus mediis assequetur, I[um] est ut sese omnibus virtutibus exornet, 2[um] est ut diligat proximum sicut seipsum.

Nota. Verum sensum dedi; versionem litteralem non feci, bene repetitur littera 在 ad quemlibet articulum. Ex duabus litteris 明 prima est verbum, secunda est adjectivum pertinens ad 德· Per 德明 intelligitur anima. Quod autem hæc duo prima sint, tantum media patet, quia litteram 止 *tchi, quiescere* non posuit misi tertio loco. In mediis non debet esse requies, sed in solo fine.

XI[um] Exemplum ex libro Lun-yu.

哉言何天焉生物萬焉行時四哉言何天 quid opus est ut loquatur cœlum? quatuor anni tempestates suum peragunt iter, et res omnes suo quaeque tempore nascuntur: quid opus est ut cœlum loquatur?

Nota: Si quis diceret 生物萬行時四言不天 sensus utique esset fere idem et phrases aequales. I no duae litterae 物萬 satis bene respondent aliis duabus 時四 et 行 cum 生 non male componitur. Sed tres litterae 言不天 languent et duae phrases sequentes fulturam aliquam desiderant; non ita textus haec phrasis; 哉言何天 quae in fine repetitur, non modo facit ut oratio sit rotundior, sed etiam duas medias phrases plurimum juvat et particula 焉 illis addita, illas sustinet ac decorat. Huno locum imitatur quidam missionarius, horologio solari hanc epigraphen posuit:

也時哉愛
見莫焉來
往已焉見
追莫焉往
也時哉愛

Quam pretiosum est tempus! futurum non cernitur; præsens fugit; præteritum non redit; quam pretiosum est tempus! *Nota*: tolle particulas; neglige illam catenulam quam vides in tribus phrasibus mediis; omitte lusum illum in littera 見 *videre,* quae usurpatur pro 現 in sequenti phrasi et tunc significat *actu existere*; primam denique sententiam in fine non itera; dic v. g. 厌會不的了過了過己的在現見可不的來未愛可候時 quamvis aliqua SUMMETRIA inter phrases servetur, oratio tamen frigida est et insulsa, nec aliter cum allatâ epigraphe componi potest, quam Thersites cum Achille. Pauci sunt Europæi qui hæc sentiant, quia pauci libros sinicos legunt, ut eos imitentur.

XII^um Exemplum ex Tchouang-tsee.

Cuidam fuerunt duae uxores, altera pulchra nimis et altera valde turpis. Turpem multi faciabet et negligebat formosam. Quaesitum est ab eo cur ita se gereret. Respondit: pulchra sibi placet in sua forma, et ego formositatem ejus nescio. Altera scit se deformem esse nec insolescit et ego minus formosam esse non video, illa pulchra est suis oculis et faeda meis; ista sibi faeda est et mihi formosissima :

人二妾有某
美人一其
惡人一其
賤者美而貴者惡
曰對故其問或
也美其知不吾美自者美其
也惡其知不吾惡自者惡其

Nota 1°. Sensum egregimus, qui hac parabola sic tanquam involucro tegitur. 2° quam ingeniose litteras disponit et repetit. 3°. Quam non sint ad intelligendum difficiles. Quid opus est tantam litterarum abstractarum cognitionem sibi comparare! illis quas omnes norunt apte utere et concinne scribes.

XIII^um Exemplum ex Yang-tsee.

門三有下天 tres in orbe portae sunt.
門禽自入欲情於由 qui volunt servire suis cupiditatibus, ingrediuntur per portam brutorum.
門人自入義禮於由 qui malunt sequi justitiam per portam hominum intrant.
門聖自入知獨於由 qui non curant sciri ob hominibus, portam sancti subeunt.

Nota: Aliquis Europæus, qui sinicam elegantiam primoribus labris attigit, et de particulis aliquid didicit, hanc sententiam sic tornaret; ○焉門禽有○矣三有門之下天義禮於由○也者門禽自入○者欲情於由○也是焉門聖有○焉門人有門聖自入今呼嗚○也者門聖自入○者知獨於由○也者門人自入○者夫矣鮮者 At *Yang-tsee* juvenilem hanc luxuriem resecandam esse existimavit. Si ex epigraphe solari particulas sustuleris, erit insipida. Si ad sententiam philosophi Yang-tsee particulas addideris, erit nimis juveniliter exultans. Hoc sentire est in linguæ sinicae cognitione jam profuisse.

XIVum Exemplum ex Sun-tsee.

Postquam optimi Regis ideam dedit, hæc addit: hoc pacto populus eum colit velut ipsum Dominum 帝如之貴姓百是如; illum extollit usque ad cœlum 天如之高; illum amat tanquam patrem et matrem 母父如之親; illum veretur sicut spiritum intelligentem 明神如之畏

Nota: quatuor sunt phrases, quarum duæ primae litteris quatuor constant. Neque enim numeratur 是如 hoc pacto, nec 姓百 pe sing, populus quia est nominativus, qui ad quatuor sequentia verba pariter se extendit; 天如之高 respondet superiori 帝如之貴; duæ ultimæ phrases quinque litteras habent; et ratio est quia si dixisset 神如之畏 postquam prius dixerat 母父如之親 aures delicatas offendisset.

XVum Exemplum ex eodem Sun-tsse.

Elementa ut aqua et ignis materiam habent, sed non vivunt 生無而气有火水; plantæ vivunt, at non cognoscunt 知無而生有木草; animantia cognoscunt sed quid sit justitia ignorant 義無而知有獸禽; homo solus habet et materiam et vitam et cognitionem et insuper justitiam 義有且亦知有生有气有人; ideoque in hoc inferiori orbe nihil est homine nobilius 也貴下天爲最故

Nota: 1° Quid aliud dicunt nostri philosophi? 2° Tres priores phrases sunt æquales et eodem modo procedunt. 气 significat materiam 氣 vero proprie significat spiritum qui ad operculum ollæ ascendit igne supposito.

3° Ter repetit 無而有 ut clarius appareat quid habeant et quid non habeant. 4° quam bene postea ponit 有 yeou, ut exponat quæ habet homo communia cum caeteris. 5°. Sed quid homo solus noscit quid sit virtus, ideo paululum phrasim immutat addendo particulas 且亦 6°. 最 tsoui cadit et in litteram 爲 et in litteram 貴, ideo illam statim ponit. Si dixisset 也貴最下天爲故, tunc abverbium 最 caderet in solam litteram *kouei* et phrasis saltem materialiter esset subobscura. Separata enim ab iis quae praecedunt, potest significare quod nihil sit nobilius quam orbem regere. Nisi sic enucleate fiat resolutio sinicae orationis, numquam in linguae adita dabitur intrare.

XVI^um Exemplum ex Ngheou-yang-sieou.

悅不以愛故不待賞而勸
畏不以威故不待罰而肅
政不網民故不待約而信
事不申令故不待誥而從

I. e. populi regem amant non quod amorem ostentet et ideo non expectant munera ut ad virtutem sese excitent; eum timent non quod verendam majestatis speciem affectet, et ideo non expectant supplicia ut vitia devitent. Leges ejus non sunt laquei ad populos capiendos, et ideo omnia regi credunt, nec indigent instrumentis quibus fides firmetur. Non iterat eadem mandata, et ideo cuncti statim obediunt, nec novum regis edictum expectant. Sensum hujus loci, ni fallor, attuli. Sed ad styli venustatem attingere non potui. Itaque meas versiones comparare soleo cum piscatorum retibus: opus est rete ut capiantur pisces, sed ubi semel pisces capti sunt, rete projicitur. Versio latina legenda est ut Sinicus lepos gustari possit; sed ubi primum sinicarum elegantiarum habetur sapor, latinus sermo me authore obliviscendus.

XVII^um Exemplum ex eodem.

水之鑒物動則不能有睹·其於靜也毫髮可辨 aquæ speculum est quod omnia in se pingit. Quando movetur, nihil in ea cerni potest. Cumvero quieta et immota est, vel levem pilum in ea discernes. Denique symbolum hoc explicat verbis elegantissimis hunc in modum: 身者不爲外物眩晃而動則其心靜, cum homo rebus externis non commovetur, animus quietus est; 心靜則智識明 et ab animo tranquillo clare videntur omnia; 是是非非無所施而不中 sive approbet, sive improbet, in omnibus semper scopum attingit. Denique ingeniose addit quisquis approbat ad adulatorem pallidum videtur accedere, qui vero improbat duro et amaro censori similis est. Quod si necesse sit paululum in horum alterutro excedere, satius est censorem fieri quam adulatorem; 夫是是近乎諂·非非近乎訕·不幸而過寧訕無諂.

Multa notanda sunt ad hunc locum. 1° Littera 之 unice fulcit litteram 水. 2° 鑒 kien est speculum hic est verbum et significat in se recipere et depingere, quod facit speculorum æquor. 3° Unica littera 動 sic posita idem est ac si dixisset 其於動也 ut paulo post dicit de aquâ immotâ; gratius putavit variare stylum quam eumdem filum tenere. 4° Ait 身者

non 之身 sicut dixerat 之水, quia forte verbum cujus 身 est nominativus non immediate sequitur. Sic haec ratio non placet, quaeratur alia. Ego certe sentio quod in hoc non posset poni 之身. 5° 是是, prima littera est verbum, secunda est verbi regimen, idem dicendum de 非非, verum vocare quod verum est 是是, et quod falsum est vocare falsum 非非, aliter dispone litteras et dic 是非非是 idem erit ac ponere tenebras lucem et lucem tenebras..... 是是夫 &c, conclusio arguta est et quae authori sic placebat, ut suae bibliothecae nihil aliud inscripserit quam 非非, perende ac si nihil potius foret quam scire quid malum ac falsum sit, et sic brevius ac melius quod sit bonum ac verum 是是 disceretur.

Non minus eleganter sed multo praestius dicit *Sun-tsee.* 是是非知之謂非非是是愚之謂非 qui scit appellare bonum bonum et malum malum, sapiens est, qui vero malum pro bono, et bonum pro malo accipit, stultus est et insanus. 知 ad intellectum et maxime ad voluntatem refertur, sicut et 愚. Sic 知上 est sanctus et 愚下 est improbus.

XVIII^{um} Exemplum ex Sou-tong-po.

也治治之國中以可不狄夷
亂大於至必治大其求然獸禽若譬
之治治不以故是。然其知王先
也之治深以所乃。者治不以之治 I. e. Barbari haud secus ac pocora, non eodem modo regendi sunt ac reguntur Sinæ. Si quis vellet eos magnis sapientiae legibus instruere, nihil aliud quam summam perturbationem induceret. Antiqui reges istud optime callebant, et ideo barbaros non regendo regebant. Sic autem eos non regendo regere, præclara eos optime regendi ars est.

Nota. Superbissimò quidem sed elegantissime. Non difficile est distinguere quando 治 est verbum regere et quando est nomen. Sic 治大 et 亂大 erunt regimina duorum verborum 求 et 至 et nominativus est *tu* vel *quilibet.* Cum deinceps legis 以之治之治治不以治不 ne putes quod his laedantur aures; imo grata sunt auribus; sic virgilius:

Omnia sub magnâ labentia flumina terrâ.

Quinque sunt voces quae desinunt in *a,* nec nauseam creant. Sic *Ngheou-yang-sieou* ait: 要之治致知不 pou tchi tchi tchi tchi yao, ignorat quod est, ut extendatur optimum regimen.

Multa similia exempla proponam capite sequenti. Interim moneo stylum ejusmodi nitidum esse et politum, sed a stylo librorum *king* plurimum tamen distat.

CAPUT QUARTUM.

DE FIGURIS ORATIONIS.

Quod stellæ cœlo et pratis flores, hoc orationi sunt figurae. Cœlum sine sideribus non lucet, prata sine floribus non rident; sine figuris languet oratio. Hoc igitur agat politus scriptor ut, sicut herbescens pratorum viriditas amaenis variisque floribus quasi tot sideribus jucunde illuminatur et vastissima cœlorum templa stellæ sic tanquam lucidissimi flores conspergunt, sic orationem suam figuris, velut suis luminibus ac floribus tam apte distinguat, ut stylus neque propter earum raritatem fiat tristior, neque ob abundantiam sit luxuriosior. Ut autem stellis non eadem lux, et floribus non idem color et odor est, sic figurae non omnes eodem nitore micant; sed aliae in verbis ludunt, aliae sententiam concinnant, auribus placent aliae, mentem ipsam aliae rapiunt.

Præsens caput septem articulos continebit: 1us erit de Antithesi; 2us de Repetitione, 3us de Gradatione; 4us de Confutatione; 5us de Descriptione; 6us de triginta modis quibus variatur oratio. 7us de omnibus comparationis speciebus.

Non me fugit quod his articulis non comprehenduntur omnes figurae, quas nostri rhetores explicant; sed sat parum curo de talibus figuris, malo pauca promittere et multa dare, quam magna minari et nil nisi jejunum proferre. Quod unice intendo est deducere missionarios Europaeos ad veram sinici styli notitiam. Hoc si semel assequor, Despaultero longe inferiorem esse me facile patiar.

Sunt aliquae figurae de quibus nihil dicendum putavi, quia rarius occurrunt. Sic in libro *Chu-king* per prosopopœiam inducuntur avi mortui loquentes in coelo cum rege *Tching-tang* et *Tching-tang* alloquentem et rogantem Dominum. Vide caput dictum *Pouan-keng*. Sic apostrophe satis quidem frequens est cum sermo ad homines dirigitur. Sed admodum rara cum ad res ipsas convertitur oratio. Tamen in libro *Chi-king* compellantur amnis et lucus: ô silva quam amœna es? sed erro, non tu formosa, sed formosus ille est quem mihi ad memorium revocas. Non occurrunt verba sinica. Sic *Tchouang tsee* alloquitur piscem quem ceperat, et interrogat calvariam, quam in via repererat et capiti suo, pro cervicali, supposuerat. Sed hæc per transennam indicasse satis erit.

ARTICULUS PRIMUS.

DE FIGURIS ORATIONIS.

Antithesis.

Brevis erit hic articulus, quia multa dicta sunt in primâ parte, quæ facile poterunt huc transferri. Si enim sustuleris certos quosdam loquendi modos, litterasque nimis triviales, idem omninò accidit in grandi stylo quod in tenui.

Præclarum exemplum habes ANTITHESEOS in his ciceronis verbis: " Ex hâc parte pudor pugnat, illinc petulantia; hinc pudicitia, illinc stuprum; hinc fides, illinc fraudatio; hinc pietas, illinc scelus; hinc constantia, illinc furor; hinc honestas, illinc turpitudo; hinc continentia, illinc libido; hinc denique æquitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes, certant cum iniquitate, cum luxuria, cum temeritate, cum vitiis omnibus. Postremò, copia cum egestate, bona ratio cum perditâ, mens sana cum amentia, bona denique spes cum omnium rerum desperatione confligit. " Similem rerum inter se pugnantium congeriem Sinarum animis objice, et ingenium eloquentiamque tuam omnes extollent.

Hæc tamen figura sinice non astringitur ejusmodi contrariorum antithesi: oppositio de qua præsertim hic agitur, non semper inimica est quin magis correspondentiam et necessitudinem mutuam sæpius indicat, v. g.: duæ litteræ 天 tien, 地 ti, cœlum et terra sic opponuntur, ut contraria non sint, sed arctissimo potius vinculo, mutuâque communione inter se contineantur; atque id dictum sit de aliis sine numero quarum brevem catalogum in fine hujus articuli reperies.

Itaque sinæ litteras cum litteris, cum accentibus accentus, phrases cum phrasibus ita maritant, ut in hoc solo puncto tota ferè elegantia sinicæ orationis posita esse videatur. Istud autem, ut cætera omnia, ex symbolicis figuris libri *y-king* desumpserunt. Saltem, hæc symbola oculis ipsis subjiciunt totum artificium Sinicæ compositionis. Sumamus v. g. symbola duo ䷾ et ䷿: non modo alterum totum alteri toti opponitur, ut oculi ipsi sunt judices, sed si dividantur in duas partes æquales, unaquæque pars unius symboli opposita est parti alterius, sicut ☵ aqua et ☲ ignis; quin imo quælibet lineola ex tribus quibus constat pars utraque, habet in alterâ parte lineolam cui respondet: 1ª habet 4ªᵐ; 2ª, 5ªᵐ; et 3ª, 6ªᵐ; &c.

Ad hunc fere modum elegantiores Sinæ disponunt phrases, litteras et accentus sic, ut, in tota oratione, nihil sit mancum, nihil viduum, et quasi pars corporis ab aliis partibus avulsa, sed ut oculus cum oculo, cum manu manus, et cum pede pes decorè componatur. In quo tamen cavendum ut fastidio varietas occurrat, nec nimius verborum cultus sententiae claritati aut nervis noceat.

Frustra vellem plura exempla hic congerere. Aperiendi tantum sunt meliores libri Sinici et cum aliquâ attentione percurrendi. Quoties aliquid verbis vix doceri potest ad exempla recurritur. Exempla vero inutilia sunt, quoties tota vis præcepti solis verbis satis percipitur. Nihil itaque restat quam promissum catalogum texere.

LITTERÆ OPPOSITÆ.

始 chì, principium.	終 tchōng, finis.
首 cheòu, caput.	尾 ouèi, cauda.
理 lì, ratio.	气 vel 氣 k'í, materia.
神 chîn, spiritus.	形 hîng, corpus.
天 t'iēn, cœlum.	地 tí, terra.
晝 tcheóu, dies.	夜 yé, nox.
朝 tchāo, mane.	暮 moú, sero.
有 yeoù, ens.	無 voû, non ens.
日 gĕ, sol.	月 yuĕ, luna.
星 sīng, planetae.	辰 chîn, stellae.
南 nân, meridies.	北 pĕ, septentrio.
東 tōng, oriens.	西 sī, occidens.
經 king, nord-sud.	維 ouêi, *est-ouest.*
山 chān, mons.	谷 koŭ, vallis.
水 choùi, aqua.	火 hò, ignis.
草 ts'aò, herbae.	木 mŏu, arbores.
鳥 niaò, aves.	獸 cheóu, bestiae.
牝 p'ìn, faemina.	牡 meòu, masculus.
雌 ts'eê, avis faemina.	雄 hiông, mas.
男 nân, vir.	女 niù, puella.
彼 pì, ille.	此 ts'eè, iste.
父 foú, pater.	子 tseè, filius.
君 kiūn, rex.	臣 t'chîn, vassallus.

夫 foū, maritus.
兄 hiōng, frater major.
主 tchù, Dominus.
友 yeoù, amicus.
師 ssēe, magister.
姊 tsiè, soror major.
左 tsó, sinistra.
覺 kiŏ, vigilare.
好 háo, amare.
吉 kĭ, bonum.
禍 hó, infortunium.
善 chén, virtus.
祥 tsi'âng, bonum augurium.
死 sseè, mori, mors.
存 ts'ûn, conservari.
黑 hĕ, niger.
貧 p'în, pauper.
貴 koúei, pretiosus.
美 mòei, pulcher.
愛 ngái, amare.
好 haò, bonus.
正 tching, rectus.
直 tchĭ, directum.
眞 tchīn, verum.
靈 lîng, ingeniosus.
聖 ching, sanctus.
新 sīn, recens.
長 tch'âng, longum.
永 yòng, æternum.
高 kāo, altum.
隘 yái, angustum.
難 nân, difficile.

婦 foú, uxor.
弟 tí, frater minor.
僕 poŭ, famulus.
仇 ki'eôu, inimicus.
弟 tí, discipulus.
妹 móei, soror, minor.
右 yeóu, dextera.
寐 móei, somniare.
惡 oú, odisse.
凶 hiōng, malum.
福 foŭ, felicitas.
惡 ngŏ, vitium.
殃 yăng, malum augurium.
生 sēng, vita, vivere.
亡 vâng, mori, perire.
白 pĕ, albus.
富 foú, dives.
賤 tsién, vilis.
醜 tch'eoù, deformis.
恨 hén, odisse.
歹 tài, malus.
邪 siê, curvus.
曲 kioŭ, tortuosum.
假 kià, falsum.
蠢 tch'ún, rudis.
愚 yū, improbus.
古 koù, vetus.
短 touàn, breve.
暫 tsán, transitorium.
低 tī, humile.
闊 k'o'uŏ, vastum.
易 y, facile.

明 mìng, clarum.	暗 ngàn, obscurum.
清 ts'ing, purum.	濁 tchŏ, crassum.
明 mìng, apertum.	昏 hōen, cœcum.
強 ki'âng, fortis.	弱 jŏ, debilis.
厚 heóu, crassum.	薄 pŏ, tenue.
大 tá, magnus.	小 siaò, parvus.
細 sí, subtilis.	粗 ts'oū, grossus.
深 chin, profundum.	淺 ts'ièn, non altum.
熱 gĕ, calidus.	冷 lèng, frigidus.
飽 paò, satur.	饑 kī, fame pressus.
鈍 tún, obtusus.	利 lí, acutus.
本 pèn, sors.	利 lí, lucrum.
虛 hiū, inane.	實 che, solidum.
花 hoā, flores.	實 che, fructus.
鮮 siēn, recens.	醃 yēn, salitum.
妍 yên, formosus.	醜 t'cheù, turpis.
老 laò, senex.	幼 yeoú, juvenis.
生 sēng, crudum.	熟 choŭ, coctum.
公 kōng, commune,	私 sseē, privatum.
滿 moùàn, plenum.	空 k'ōng, vacuum.
稀 hī, rarum.	稠 tch'côu, spissum.
傲 ngáo, superbus.	謙 ki'ēn, humilis.
猛 mèng, crudelis.	良 leâng, lenis.
野 yè, silvestris.	家 kiā, domesticus.
輕 k'ing, levis.	重 tch'ông, gravis.
順 chún, secundus.	逆 nĭ, adversus.
剛 kāng rigidus.	柔 jeôu, mollis.
方 fāng, quadratum.	圓 yuên, rotundum.
上 chàng, sursum.	下 hià, deorsum.
內 nuéi, intus.	外 vaí, fortis.
近 kiú, propè.	遠 yuèn, longe.
先 siēn, antè.	後 heóu, post.

面 mién, coram.
早 tsaò, mane.
多 tō, multum.
表 piaò, ad extra.
是 ché, est.
開 k'āi, aperire.
流 lieôu, fluere.
往 vàng, ire.
出 tch'ŭ, egredi.
來 lâi, accedere.
賣 mái, vendere.
增 tséng, augere.
損 sùn, nocere.
賞 chàng, præmia.
飲 yu, potus.
升 chīng, ascendere.
取 t'sù, capere.
拿 nâ, prehendere.
散 sàn, spargere,
合 hŏ, conjungi.
刑 hîng, castigare.
笑 siáo, ridere.
栽 tsái, plantare.
受 chéou, recipere.
經 king, textus.
賣 mái, vendere.
呼 hōu, animam ducere.
死 ssè, mortuus.
語 yù, loqui.
伸 chīn, extendere.
消 siaō, decrescere.
勝 ching, vincere.
贏 yng, vincere in ludo.
興 hing, assurgere.

背 poéi, clam.
晚 ouàn, sero.
少 chaò, parum.
裡 lì, ad intra.
非 fei, non.
閉 pí, claudere.
止 tchì, sistere.
來 lâi, venire.
入 gĕ, intrare.
去 k'iú, abire.
買 mài, emere.
減 kièn, minuere.
益 y, prodesse.
罰 fă, pœnæ.
食 chĕ, cibus.
降 kiáng, descendere.
與 yù, dare.
放 fáng, dimittere.
收 cheōu, colligere,
離 lî, avelli.
免 mièn, parcere.
涕 t'i, flere.
拔 pă, eradicare.
授 chéou, tradere.
傳 tch'oūen, glossa.
送 sóng, dono dare.
吸 hī, animam retrahere,
活 hŏ, vivus.
默 mĕ, tacere.
屈 k'iŭ, retrahere.
長 tch'âng, crescere.
敗 pái, vinci.
輸 chū, perdere.
亡 vâng, perire.

B b 3

ARTICULUS SECUNDUS.

DE REPETITIONE.

Adeò frequens est illius usus cum in familiari sermone, tum in libris tam antiquis quam modernis ut quem mihi modum ponam satis incertus sim. Sed quoniam *repetitio* sæpe in aliis figuris reperitur, v. g. in gradationibus et in stylo conglobato; hæc duo ad articulos separatos remitto; et in præsenti agam, 1° de repetitione in litteris et phrasibus; 2° de repetitione in lusu verborum.

PARAGRAHUS PRIMUS.

LITTERÆ ET PHRASES REPETUNTUR.

NUMERUS PRIMUS,

DE LITTERIS.

1° Eadem littera bis ponitur, deinceps, nec significationem suam mutat, sed roborat et auget, v. g.: Chi king ait: 上在赫赫下在明明 summe intelligens est infra, et sursum est summe verendus. Nullus liber aperiri potest, quin statim hæc figura sese offerat; quare plura exempla non afferam.

2° Eadem littera bis ponitur deinceps; sed prior est verbum, et altera est verbi regimen, v. g. liber Ta-hio ait; 德明明 illuminare luminosam potentiam, i. e. mentem purgare. Item dic de isto 2° modo quod de 1° Utique passim occurrit.

NUMERUS SECUNDUS.

DE PHRASIBUS.

1° Una phrasis duarum litterarum bis ponitur ad majorem EMPHASIN, v. g. 哉惜哉惜 sane dolendum maximè; 事苦事苦 triste quidem istud est; 甚幸甚幸 maxima felicitas, maxima lætandi causa; 喜甚喜甚 plurimum lætor, multum tibi gratulor; 荷多荷多 multis me beneficiis cumulasti; 何如何如 quo tandem modo? 之敬之敬 ad hoc diligenter attendito; 之思之思 hoc tecum bene cogita, &c.

2° Idem potest fieri etiam in phrasibus longioribus, v. g. 哉之沽哉之沽 vendatur per me licet; 予喪天予喪天 cœlum voluit me perdere; 之厭天之厭天 cœlum me odio habeat, &c.; 人其如人其如 an habet parem in filiali pietate? de hoc enim agitur in hoc loco; 哉廋焉人哉廋焉人 quis poterit talem scrutatorem fallere? 矣了去吾矣了去吾, ego vado, vale, vale: ita *Tchouang-tsee* 也疾斯有而也人斯 et iterum idem repetit: homo tantæ virtutis, tanto malo afflictus. Sic affectum magis exprimit. 哉所其得哉所其得, est in suo elemento, v. g. piscis in aquâ.

3° Eadem phrasis ponitur initio et in fine: 也回哉賢 quam sapiens erat *Hoei*! deinde affert quædam quibus cum sapientem fuisse probat, et postea repetit 也回哉賢 *Meng-tsee* ait: 矣過子 *tsee-kouo-y*, Domine, erras, excedis. Probat, et in fine repetit 矣過子吾 erras, Domine mi. Bene addidit 吾. Idem ait 下天王而樂三有子君焉存與不 sapiens habet tres causas lætandi, sed inter eas non potest numerare possessionem totius orbis, affert deinde tres illas lætandi causas, et postea totam phrasim initio positam repetit. *Tchouang-tseè* paulo aliter ait: 矣甚也耻知不而愧無其哉矣甚意 Eheu! actum est! omnem plane frontem posuit, non erubescit amplius; actum est.

4° Quando aliquid pluribus mediis vel probatur vel refellitur, solent statim rem proponere generatim, v. g. sex habeo rationes cur ita sentiam. Deinde unamquamque exponit singillatim, et in fine addunt, atque hæc est prima ratio cur dicam, &c. Si postquam dictum est habeo 4, vel 5 rationes; statim ponitur 一其 1°. nihil additur in fine. Initio quidem potest poni ad singulas 一其 1°. 一其 2° &c. vel 二其 2°. 三其 tertia. Sed in fine cum numerantur poni debet 也三也二也一 &c. Exempla sunt obvia.

PARAGRAPHUS SECUNDUS.

IN VERBIS LUDITUR.

Tchouang-tsee et *Long-tsee* alios omnes in hoc genere facile superant. Satis erit aliquot exempla dare, ut saltem sciatur quid sint illi lusus. Nemini tamen suadeam, ut talia nimium aucupetur.

1um. Exemplum: 生方死方死方生方 et alio loco 可方可不方可不方可方 Et ne putes in ejus modi inversionibus quibus sæpe utitur *Tchouang tsee* nullum subesse sensum; sed vide quomodo definiat hominem: est inquit 形之形不形不之形 figura non figuræ, seu corpus animæ, et non figura figurae, seu anima corporis. Unum sine altero non constituit hominem. Corpus dicit animam meam, et anima dicit meum corpus. Corpus et anima, anima et corpus homo est.

2um. Exemplum: 言不嘗未言不身終言嘗未言身終言無言言無曰古 veteres dicebant, non loqui. Qui loquendo non loquitur, potest per totam vitam loqui, nec tamen umquam loqui, et potest per totam vitam non loqui et tamen semper loqui. Lusus est in littera 言 quæ sensu duplici accipitur: 1o. loqui sicut psittaci et homines stulti loquuntur, hoc est inanibus sonis aerem verberare. 2o. loqui sicut sapientes et sancti loquuntur, hoc est verbis gravibus ac præcipue præclaris exemplis alios docere. Confucius dicebat se velle non loqui 言無欲吾, id est: recte agere et tacere.

3um. Exemplum: 知後而知不所之知其恃知莫而知所之知其尊皆人. Littera 知 sexties repetitur. Bis est nomen, scilicet cum ait 之知其 in reliquis est verbum.

4um. Exemplum. Discipuli volebant *Tchouang-tsee* magistrum suum terrae mandare post mortem. Dixit ille se non curare de feretro. Reponebant illi: At enim aves comedent te. *Tchouang-tsee* respondit: Si vultis ut fiam praeda vermium, aves coeli jacturam ferent. Si aves me comedunt, vermes terrae non habebunt praedam suam. Deinde ut eos errare ostenderet, subjunxit: 徵不也徵其徵徵不以平不也平其平平不以.

5um. Exemplum; 也指非指喻指非以若不指非之指喻指以 assumis digitum ut ostendas quod digitus non sit digitus potius assume non digitum ut probes digitum non esse digitum; 馬非之馬喻馬非以若不馬非之馬喻馬以 uteris equo ut demonstres quod equus non sit equus; utere potius non equo ut probes equum non esse equum; 也馬一物萬也指一地天 cœlum et terra unus digitus; res omnes unus equus. Non possumus verbi gratia res materiales bene cognoscere, nisi cognoscamus ens quod materiale non est.

6um. Exemplum. Idem *Tchouang tsee* inducet *Confucium* ita loquentem; 旦者酒飲夢泣哭而 alter bibit vinum in somnis et mane evigilans fundit lacrymas; 旦者泣哭夢獵田而 alter in somnis flet ubertim et mane exorto ad venationem pergit; 不也夢其方也夢其知 quandiu somniant, nesciunt se somniare; 焉夢其占又中之夢 imo in somniis conantur explicare sua somnia; 也夢其知後而覺 nec nisi discusso somno agnoscunt se somniasse; 也夢大其此知後而覺大有且 cum perfecte evigilaverimus, tunc sciemus nos non nisi somnia magna somniasse; 知然竊竊覺爲以自者愚而哉固乎牧乎子君之 stulti quò somniant profundius, hoc putant se melius vigilare et confidenter asserunt hic est princeps, iste est bubulcus quid inanius? 夢皆女與也丘 ego (ait confucius) et tu, ambo pariter somniamus; 也夢亦夢女謂予 Et cum dico te somniare, etiam ego in hoc somnio. Haec ultima phrasis ingeniose respondet superiori; 焉夢其占又中之夢 in somnis conantur explicare sua somnia.

ARTICULUS TERTIUS.

DE GRADATIONE.

Hæc figura græce vocatur KLIMAX, sinice 文連 *lien-ven*. Industria virtutem, virtus gloriam, gloria æmulos comparare solet. Ita Cicero et Virgilius :

Torva leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam,
florentem cythisum sequitur lasciva puella, &c.

Nihil in stylo sinico hâc figurâ formosius, et omnia exempla quæ occurrent, diligenter notanda sunt. Si tamen ejus modi catenas crebrius texeres, nauseolam tandem excitarent. Tantum varietas etiam in rebus optimis pollet. Hæc figura repetitionem aliquam includit; sed statim videbis quantùm nudis verborum repetitionibus illustrior sit et gratior.

Plurimæ sunt in libro *Tao-te-king* ejus modi catenatæ scallæ. Duas ex præcipuis hic describam, nec latine dabo, quia sentio quam difficile sit in illis in aliud idioma vertendis non errare.

1°. 物萬生三。三生二。二生一。一生道

2°. 然自法道。道法天。天法地。地法人

Liber *Tchong-yong* ait: 化則變。變則動。動則明。明則著。著則形。形則誠 in quo loco notabis I°. elegantem repetitionem litteræ 則. 2°. catenam illam in quâ tot sunt annuli quot phrases. 3°. quomodo continuetur repetendo ultimam litteram phrasis præcedentis. Nemo est qui non possit aliquid simile tentare.

Idem liber sic incipit; 敎謂之道修。道謂之性率。性謂之命天 tres sunt phrases eadem arte tornatæ. In 1ª vides litteram 性 quæ ingreditur 2am. In secunda habes 道 quæ littera ingreditur tertiam phrasim. Egregium hunc textum latine reddere non possem, prout illum intelligo, sine aliqua dissertatione quae non est hujus loci. Talia enim ad intelligentiam librorum potius quam ad styli sinici notitiam pertinent.

Idem liber ait : 也人者仁。仁以道修。道以身修身以人取。人在政爲故 &c. Si quando menti sese offert tam felix et justa series, prætermitti non debet. Hunc textum non explico propter eam ipsam quae me ab explicando superiori textu deterruit.

Liber Ta-hio ait: 安安能后而靜靜能后而定定有后而止知善至於止在 得能后而慮慮能后而 qui locus affinitatem habet cum illo libri *Tchong-yong* 形則誠 etc. Præterea ex hoc probatur quod 善至於止 sit ultimus finis quem vera sapientia sibi proponit. Nam ubi semel cognoscitur finis, statim scitur ubi conquiescendum ; tunc animus non amplius fluctuat ; sed fixus est. Ex illa firmitate nascitur mira quies ; ex quiete par tranquillitas ; ex tranquillitate seriæ cogitationes, ac demum crebræ illae et practicae cogitationes ad finem obtinendum recta deducunt.

Alter locus ex eodem libro paulo quidem longior, sed omnibus notus et comprimis notandus. In eo primò pergitur in ordine intentionis. Quod intenditur est 下天平 seu 德明明下天於 exemplo suo totum orbem convertere. Sequitur series mediorum ad hunc finem, donec perveniatur ad 物格 quod est ultimum in intentione. 2°. reditur per viam executionis, et 物格 quod in intentione ultimum erat, in executione primum est, atque hinc colligo quod duo hæc verba; 物格 pessime explicantur à Sinis modernis dum volunt quod agatur de rerum naturalium cognitione. Ad quid enim talis cognitio, maxime qualis ab istis Sinis comparari potest, ad præclara illa omnia quae ab illo fonte fluere dicuntur? nec desunt interpretes qui viderunt istud quod dico, et propterea recte explicant 物格 eodem modo kŏ *Chu-king* ait 心非格 cor nequam deponere. Res quippe materiales 物, sive omnia quae sensus feriunt, sunt nubes quae tegunt solem et sic menti lucem eripiunt; sunt compedes quibus mens constringitur: tolle et longe remove ista omnia impedimenta 物格 ita res posside ut te non possideant; 物格 i. e. cum hunc primum passum feceris, ad alios gradus sine ullo negotio conscendes. Hac doctrina Confucius imbuebat discipulos suos, nihilque magis commendabat quam ut sensus suos diligentissime custodirent.

Librum *Ta-hio*, *Ngkeou-yang-sieou*, sic imitatur 修以所知身修以所知則矣家國下天治以所知則人治以所知人治以所知則身

Idem *Ngheou-yang-sieou*, ait: 經師當者學矣師無世夫 nullum nunc habemus magistrum qui nos doceat; igitur virtutis studiosi assumant pro doctore suo libros *king*; 經師意其求先必 qui habet hos libros pro suò doctore, nihil prius debet intendere quam scire verum eorum sensum; 定心則得意 sensum enim adepti, fixi erunt nec cor amplius vagabitur; 純道則定心 corde sic fixo, ratio et doctrina pura est; 中於充則純道實者 et doctrina puritas facit ut quaecumque animo volvimus vera et solida sint; 實者中光耀者文爲發則 quando autem illa interior soliditas prodit ad extra, intuentium oculos suo fulgore percellit et rapit; 文 hoc loco sumitur pro venustate et gratia exteriori.

ARTICULUS QUARTUS.

DE INTERROGATIONIBUS INTER DISPUTANDUM.

Non hic loquor praecise de interrogatione: jam enim ex particulis, capite secundo relatis satis intelligitur quam frequenter adhibeatur. Sed hunc articulum apposui ut monerem eumdem sinis philosophis inter disputandum morem esse, quem semper observat Socrates apud Platonem:

nimirum quærendo longe melius docent quam aliquid asserendo. Variis quippe interrogatiunculis aliunde, ut primo apparet, petitis efficiunt quod volunt. Exemplum quod seligo ex *Mong tsee* rem clare explicabit et sufficit.

Fuit quidam nomine *Hiu hing* qui veterem *Chin-nong* prædicans ex regno *Tsou* ad regnum *Teng* venit 滕之楚自行許者言之農神爲有 *Tchin-siang* unus ex discipulis hujus magistri adivit *Mong-tsee* et ait 曰言之行許道子孟見相陳 Rex hujus ditionis sapientiae famam collegit, sed nihildum tamen audivit de magna sapientia; 賢誠則君滕 也道聞未然雖也君 Rex sapiens pariter cum populo suo arat agros et de labore manuum suarum vivit 食而耕竝民與者賢. Non ita facit rex hujus terræ, sed habet plena horrea et populi laboribus fruitur. Quis illum proinde sapientem dixerit; 庫府廩倉有滕也今 賢得惡養自以而民厲是則 videamus jam quomodo *Mong-tsee* hunc hominem ex errore in quo versatur, revocet.

Haud dubium est, inquit, *Mong-tsee*, quin magister *Hin* ipsemet suis manibus seminaverit et messuerit grana quibus vescitur 乎食後而粟種必子許曰子孟 annon ita est? R. ita est prorsus 然. Magister *Hin* sine dubio ipsemet texuit telam qua vestitur. R. minime id quidem: magister meus non telâ sed lanâ se vestit 乎衣後而布織必子許曰 褐衣子許否曰 Ille magister *Hin* gerit ne pileum 乎冠子許曰 R. utique 冠曰 Quem pileum obsecro 冠奚曰 R. simplicem nec ullo colore fucutum 素冠曰 An ipsemet illum contexuit 與之織自曰 R. neutiquam sed tantum grani quanti pileus valet 之易粟以否曰 Et quare propriis manibus galerum suum ipse non facit 奚子許曰 織自不爲 R. quia id agriculturæ noceret 耕於害曰 Magister *Hin*, ut opinor, suam orizam coquit in vasis figlinis, et quando agellum exercet, vomere, rastris, aliisque id genus armis utitur 乎耕鐵以爨甑釜以子許曰 R. rectè sanè 然曰 Ista omnia magister *Hin* ipsemet facit, opinor 與之爲曰 R. minime id quidem, sed cum suo grano commutat, 之易粟以否曰 At enim granum his omnibus mutare, annon est figulorum et cyclopum sudore ac laboribus impune frui? fac ut quotquot lutum fingunt et metallo liquant, velint et ipsi pro suis vasis orizam accipere, an quœso non essent agricolis molestissimi? 農厲爲豈者粟易器械其以亦冶陶冶陶厲爲不者器械易粟以 哉夫 cur ergo magister *Hin* artem figuli non didicit? cur fabricam ferream ipse non exercet? Sic enim illa omnia domi haberet, nec omnes artifices cum suis permutationibus ita vexaret. An solus non videt quod hoc pacto cunctis molestus et odiosus est? 陶爲不何子許且 煩憚不之子許何易交工百與然紛紛爲何之用而中宮其取皆舍冶 R. atenim velle tot artes simul exercere et insuper terram arare, qui, quæso, fieri istud potest?

百工之事固不可耕且爲之 Egregie quæstionem absolvit *Mong-tsee* his verbis: sola ergo regni administratio cum agricultura rectè componetur? 然則治天下獨可 &c. 耕且爲與

Ex his satis apparet quomodo *Mong-tsee* illum hominem ad id quod volebat adduxerit: scilicet quod si nemo potest esse simul et figulus et agricola, multo minus orbem regere et simul agros colere poterit.

Multa, quæ de particulis dicta sunt, bonum erit hunc textum legendo notare, et attendere praeterea quod littera 曰 yuĕ loqui, tam interrogationi quam responsioni pariter occommodetur 曰o 曰然乎o 曰既然之則o然也, &c. dices, ita ne est? R. Ita, dices siquidem ita est, &c.

ARTICULUS QUINTUS.

DE DESCRIPTIONE.

Græci EKPHRASIN vocant; ego descriptionem appello, quoties verbis luculentis et congestis eleganter et graphice pingitur. In quo quidem sinæ etiam moderni nostris scriptoribus non cedunt. Sed quod spectat sanctae doctrinae divitias et stupendam omnium virtutum congeriem, nihil apud eos invenies quod vel tantillum accedat ad sublimitatem divi Pauli 2ª Cor. 6° a versu 4° usque ad 10um.

Et quamvis multa dicant isti Sinae de 仁 charitate, infantes sunt si cum eodem Apostolo charitatem describente comparentur. Etsi autem ad divinam hanc eloquentiam assurgere non possint, stylus tamen divi Pauli duobus illis in locis valde ipsis placeret. Est enim quoad verborum phrasiumque ordinem plane Sinicus.

1um Exemplum ex *Mong-tsée.*

居天下之廣居
立天下之正位
行天下之大道
得志與民由之
不得志獨行其道
富貴不能淫
貧賤不能移

Facile est hic statim advertere quae de phrasium dispositione dicebam supra articulo. 2o. In tribus primis tres praecipuas virtutes lectori offert, nimirum charitatem 仁 quam amplissimam habitationem 廣居 vocat; urbanitatem 禮, quae, ut ait sedes rectissima 正位 ac demum justitiam 義 quae magna via est 大道 per quam semper incedit. Postea

威武不能屈
此之謂大丈夫

duas phrases ponit in medio sibi apprimè respondentes, quarum sensus est: Si potest populo prodesse, id agat totis viribus; si non potest, ipse solus vivit hoc modo. Denique tribus phrasibus quae respondent tribus primis, ostendit virum illum quem in fine vocat 大丈夫 eumdem in utraque fortuna, et in ipsa etiam morte impavidum esse.

2um Exemplum ex libro Chu-king.

寬而栗。柔而立。愿而恭。亂而敬。擾而毅。直而溫。簡而廉。剛而塞。彊而義

Notanda est in hoc loco 1° mirabilis brevitas. 2° perfecta similitudo inter novem istas phrases. 3° in qualibet phrasi virtutem unam ita designat ut simul vitium, versus quod magis propendere videtur, ab eâ longe removeat. Sicque sancti nobis ideam et formam exprimit. Hæ virtutes in alios sparguntur; solus sanctus eas habet, et omnes, et in summo gradu.

3um Exemplum ex libro Tchong-yong.

Tam eximii loci versionem olim à me gallicè factam hic apponere decreveram; sed nunc mihi videtur paulò verbosior. Satis erit varias notas in textum Sinicum facere ut deinde per otium et exercitationis ergo quilibet in latinam linguam tam præclarum transferat. Sic autem describit Sanctum:

唯天下至聖爲能
聰明睿知足以有臨也
寬裕溫柔足以有容也
發強剛毅足以有執也
文理密察足以有別也
溥博淵泉而時出之
溥博如天
淵泉如淵
見而民莫不敬
言而民莫不信
行而民莫不說
是以聲名洋溢乎中國
施及蠻貊
舟車所至
人力所通

1° Vide quomodo formam viri sancti quatuor in partes quatuor generatim dividat, 2° quomodo quatuor litteris adumbret quamlibet partem, ac statim afferat effectum qui ex illa sequitur. Atque is est 1us articulus in quo quater repetis 是以 3° In articulo sequenti sunt quatuor phrases mirâ sane arte dispositæ. 4° Tertius articulus constat tribus sex litterarum phrasibus plane gemellis. 5° Quartus demum articulus post generalem propositionem exhibet sex phrases continuas litterarum quatuor. Sexties repetit litteram 所. In fine stylum parumper variat, et omnia quæ dixit compre-

天之所覆
地之所載
日月所照
霜露所隊
凡有血氣者莫不尊親
故曰配天

hendit his duabus litteris 天配 *poei-tien,* quæ integram dissertationem postulant. Sed tales dissertationes angustiis hujus operis spatiis exclusas prætereo, et ad alia tempora reservo. 6°. Licet quoad sententiam totum hunc locum plurimi facio, mihi tamen semper visus est nimium splendescere præsertim in sex phrasibus articuli quarti: 舟車所至 &c. Hæc luxuries leniter depascenda. Nondum ita sentiebam anno 1709, cum primum mihi venit in mentem tentare unum aliquid Sinico scribere possem. Itaque feci descriptionem ad instar somnii scipionis apud Tullium, et opusculum illud appellavi 夢美土記 quia sub imagine terræ formosissimæ adumbrabam Ecclesiam Christi in hac peregrinatione, et patriam cælestem in saeculo futuro. Sic autem terram illam calamo juvenili describebam.

" Proh! quam limpidae sunt ejus aquae! quam amæni flores! quam suaveolentes zephy-
" rorum animae! In eâ laeti montes, opaci lucus, valles tacitæ et umbrosæ. Si velis jactare
" rivos famosos *Kin* et *Siang*, lutosos ac turbidos esse fateberis. Si nobis affers frigus opa-
" cum quod captatur in *vou-yn*, senties ventum esse furentem et infestum. Si loqueris de
" amabili vere quod regnat in *Lo-yang* ejus fœtorem et turpem speciem ferre non poteris.
" Sylvas formosis arboribus *ki, tsee, ou, tong* consitas, raris frondibus calvas esse dices, nec
" sub eis poteris requiescere. Prospectus quem efficiunt luci *vou-yn* et rivi *kin-lo* habent
" semper aliquid quod desideres. Pulcherrima mea terra sola velut conditissimus onyx
" sine ullâ maculâ nitet &c."

漭漭其水猗猗其花芬芬其
風其山菀菀其林蓁蓁其埊
窮然而鮮陸沂湘之流也其
濁且混矣洛陽之春也其臭
且孅矣舞雲之涼也嗚呼其
漂洌之風矣杞梓梧桐之林
也云何其睢劉而不可休矣
舞雲沂洛之景也皆有欠焉
獨我美土也其如白玉如無
玷焉耳矣

4um Exemplum ex Nghbou-yang-sieou.

Senis ebrii porticus describitur:

Civitas *Tchu-tcheou* montibus undique coronata est; sed cacumina quae sunt inter occidentem et meridiem caeteris propter lucos et convalles amœniorem scaenam praebent. Oculis nihil formosius, venustius nihil. Hinc loci nomen est 琊琅 *lang-sie* quasi totidem essent inclinata marmora pretiosa. Montes ad sex septemve stadia patent, carpendo viam paulatim— auditur dulce murmur fontis, cujus aqua inter duos montes trepidante rivo fugit, et fons vocatur 泉讓 *jang-tsuen* quasi ex illo prodiret dulce nectar. Ubi modico montis anfractu via sinuatur, occurrit porticus quadrata et aperta, fonti sic tanquam umbraculum imposita; vocatur 亭翁醉 *Tsoui-ong-ting.* Quis hanc porticum extruxit? Si monticolis bonziis fides est vitam immortalium noverat quisquis illam in hoc loco posuit. Quis illi tale nomen dedit? Ita seipsum vocat urbis gubernator. Ibi enim assidue cum amicis venit, et simul ibi pitissant. Post aliquot scyphos diceres illum esse ebrium, et cum provectae jam sit ætatis, propterea ipse se senem ebrium appellat. Id autem nullo modo facit quod de vino cogitet, sed alludit ad tam amæni loci dilicias, quibus jucunde se inebriat, scilicet istud est vinum quo ebrium se esse dicit. Sole oriente silva rore madet et suavem nebulam exhalat. Sole cadente antra et cavernæ tenebris horrescere incipiunt, et naturae conversiones, sive rerum ortus et interitus his rebus adumbrantur. Omnia latè loca gratum ac secretum odorem spirant. Arbores floridæ sunt et opacæ; venti et primæ sese attollunt, purissimus imber cadit; saxa viridi musco spoliata quasi foris prodeunt; atque is est quatuor armi tempestatibus montium prospectus. Si summo mane illuc pergas nec redeas nisi sub noctem, qualibet tempestate cernes nova spectacula, et voluptatis non erit modus. Alii falcibus onusti cantando viam fallunt; alii sub arborum tegumine recubant. Qui præcedunt voce vocant et respondent qui sequuntur. Senes incurvi manibus pinetis ambulant simul. Eunt et redeunt viatores sine fine, atque haec est urbis incolarum deambulatio. Quando ventum est ad locum, piscatu se se oblectant. Aqua satis alta est et pisces pinguiculi. Aqua fontis vinum est. Fons balsamo dulcius fragrat; vinum crystallo nitet purius. Inemptae ruris dapes et oluscula temere mixta pauperem mensam ornant, atque lautum gubernatori convivium sic instruitur. Talis scenæ gaudia fidibus ac tibiis non egent. Alii sagitta vincunt, alii latrunculis. Majoribus inde poculis certare, et vina miscere, et voces simul emittere. Id nempe sunt convivarum laetantium lusus. Ille autem senili fronte et capite cano qui titubante pede inter illos ruit exultim, est ipsemet gubernator more suo ebrius. Sub occasum solis, cum per montem errantium umbrae jam evanescunt: gubernator redit ad urbem et illum convivae sequuntur. Silva patulis arborum ramis omnia late loca contegit et volucrum cantibus resonat abeunt homines, et aves laetantur. Sed aviculae illae noverunt quidem quam ex montibus et silvis capiunt voluptatem; at nesciunt quaenam sit hominum voluptas, homines norunt cum suo gubernatore deambulare et laetari, at ignorant quod gubernator ideo laetatur quia videt illos laetos

esse atque hilares. Qui scit una cum illis laetari, quique deinde haec victoris chartis mandat, est idem ille gubernator. Sed qui vocatur gubernator ille? vocatur *Ngheou-yang-sieou* ex *Lou lin* oriundus.

Elegantis scriptoris gemmas versione mea sic tamquam luto me inquinasse sentio. Sed quo turpior mea rusticitas, hoc lectissime *Ngheou-yang-sieou*, descriptio pulchrior apparebit. 1º Describit locum omni suavitate amabilem. 2º Innocentes politiorum hominum simul rusticantium lusus explicat. 3º Optimi mandarini cor sub finem aperit. Solis fere particulis 者 et 也 utitur, et utramque multoties ab initio ad finem repetit sine ullâ nausea, non modo quia rem totam, quam describendam suscepit, per varias partes explicat, sed etiam quia imagines menti offert adeo lætas et ridentes, ut de istis particulis curare non necesse sit. Phrases autem miro sane modo variat et inter se ordinat, ut, sine me, quilibet notare poterit.

醉翁亭記

歐陽修

環滁皆山也其西南諸峯林壑尤美望之蔚然而深秀者瑯邪也山行六七里漸聞水聲潺潺而瀉出兩峯之間者釀泉也峯回路轉有亭翼然臨於泉上者醉翁亭也作亭者誰山之僧曰知僊也名之者誰太守自謂也太守與客來飲於此飲少輒醉而年又最高故自號曰醉翁也醉翁之意不在酒在乎山水之間也山水之樂得之心而寓之酒也若夫日出而林蔚開雲歸而巖穴暝晦明變化者山間之朝暮也野芳發而幽香佳木秀而繁陰風霜高潔水落而石出者山間之四時也朝而往暮而歸四時之景不同而樂亦無窮也至於負者歌於塗行前者呼後者應傴僂提攜往來而不絕者塗人遊也臨谿而漁谿深而魚肥釀泉爲酒泉香而酒洌山肴蔌洌雜然而前陳者太守宴也宴酣之樂非絲非竹射者中奕者勝觥籌交錯起坐而諠譁者眾賓懽也蒼顏白髮頹然乎其間者太守醉也已而夕陽在山人影散亂太守歸而賓客從也樹林陰翳鳴聲上下遊人去而禽鳥樂也然而禽鳥知山林之樂而不知人之樂人知從太守遊而樂不知太守之樂其樂醉能同其樂醒能述以文者太守也太守謂誰廬陵歐陽修也

ARTICULUS SEXTUS.

EXPONUNTUR TRIGINTA MODI, QUIBUS VARIATUR SINICUS STYLUS.

Ejusmodi figurae vis et gratia, non in mera certae cujusdam litterae repetitione consistit, sed magis pendet à congerie et conglobatis, quibus animus commovetur. Sic Tullius: " nolite putare homines consceleratos impulsu deorum terreri Furiarum tædis ardentibus. Sua quemque fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia de mente deturbant. Hæ sunt impiorum Furiae hæ flammae, hae faces, &c. " Sic D. Paulus 2ª Cor. Cap. 11°. versu 2° usque ad 30ᵘᵐ. Stylus Sinicus eodem prorsus modo procedit, ut toto hoc articulo facile erit advertere. Tria sunt opuscula, quae à Litteratis, ob styli bonitatem, plurimi fiunt. 1ᵘᵐ. est *Hi-tsee* quod habetur ad calcem libri *y-king*. 2ᵘᵐ. est *kao-kong-ki*, reperitur in libro *Tcheou li*. 3ᵘᵐ. est *Tai-ki-tou* per quod incipit liber *Sing-li-ta-tsuen* et ideo fortasse sic laudantur quia modos illos de quibus hic agitur, saepe usurpant. Non necesse porro erit omnia loca quae afferam, latine exponere, quia cum agatur unice de stylo, exemplo oculis ostendisse interdum satis erit.

§ᵘˢ 1ᵘˢ. 或 *hoe.*

Lao-tsee ait: 隳或載或羸或彊或吹或呴或隨或行或物故 *Han-yu* hunc locum bis imitatus est, et nos idem facere possumus in hoc loco; v. g. Si vis dicere quod in omni statu sapiens se possidet, enumerabis varios status hunc fere in modum: 賤或貴或得自不無往往子君止或行或退或進或貧或富或

§ᵘˢ. 2ᵘˢ. 也 *ye.*

Liber *Tchong-yong*: 也久也悠也明也高也厚也博道之地天 Et alio in loco bonum regimen revocat ad hæc capita novem: 大敬也親親也賢尊也身修也侯諸懷也人遠柔也工百來也民庶子也臣群體也臣 Est quasi ge-

neralis propositio. Deinde resumit 立道則身修 &c. Ac demum iterum repetit ut ostendat quomodo hæc novem capita exerceantur 也身修以所動不禮非服盛明齊 Et eodem filo de aliis. Totus hic locus insignis est.

§us. 3us. 者 *tche.*

Kao-kong-ki-ait: 以者鳴股以者鳴翼以者鳴旁以者鳴咮以者鳴脰以者鳴胷 Id est: sunt animalia quæ murmur edunt per collum, sunt quæ per latus, sunt quae per alas, sunt quæ per culum, sunt quæ per rostrum sunt quæ per pectus. *Tchouang-tsee* hunc locum imitatus est. Et apud *Han-yu*: 者涉者奔者牽者行 —Septemdecim ejusmodi phrases simul continuantur.

§us. 4us. 之 *tchi.*

Lao-tsee ait: 之覆之養之熟之成之育之長之畜之生道故 Nominativus est 道 *tao.* 之 designat res omnes quæ à supremâ illa ratione pro ducuntur 生, aluntur 畜 &c. Liber *Li-ki* ait: 之蹈之足之舞之手知不. Nota 之手 et 之足 idem est act 手 et 足; 舞 et 蹈 sunt verba, et 之 quod sequitur est eorum regimen. Caput *Choue-koua* percurrens octo symbola quibus stat totus *y-king* ait: 潤以雨之散以風之動以雷之藏以坤之君以乾之說以兌之止以艮之烜以日之 Ad quem locum olim respiciens dicebam Christianam religionem sufficere cordi, quia sola affert solidas rationes ut illud illuminet 之燭以理實陳, ostendit verum iter ut illud deducat 其開之導以道, promittet veniam, ut illud recreet 之慰以赦罪許, confert gratiam ut illud adjuvet 之助以恩特施, aperit paradisum ut illud excitet 之勉以門天闢, minatur infernum ut illud deterreat 之戒以宅穴窀

Mong-tsee secutus *Tao-te-king* ait: 之翼之輔之直之匡之來之勞 Quando 之 genitivum denotat, posset etiam pluries repeti, v. g. Si sinice verteres haec " verba ciceronis: " historia testis temporum, lux veritatis, vitae memoria, magistra virtutis " nuntia vetustatis, &c."

§us. 5us. 之得 *te-tche.*

Tchouang-tsee enumerat omnes per quorum manus verae doctrinae traditio transiit. Nonnullos omitto brevitatis causa; o崙崐襲以之得坏堪o母氣襲以之得羲伏o天雲登以之得帝黄o山大處以之得吾肩o川大遊以之得夷馮 &c. 宮玄處以之得頊顓

§us. 6us. 之謂

Hi-tsee ait: 不來往o變之謂闢一闔一o乾之謂戶闢o坤之謂戶闔器之謂乃形o象之謂乃見o通之謂窮 &c. Omnes deinde scriptores hanc styli formam sequuti sunt; 之謂 non differt à 謂之 quod sequitur, nisi quia diversus est iis utendi modus.

§us. 7us. 謂之 *tchi-ouei.*

Hi-tsee ait: 之測不陽陰o坤謂之法效o乾謂之象形o易謂之生生神謂 Quem locum feliciter imitatur *Han-yu*: 而發o元謂之人長以仁體聞臣o文謂之地天緯經o神謂之方無而妙o聖謂之通不所無o和謂之節武謂之亂禍定戡

§us. 8us. 以 *y.*

Tchouang-tsee ait: 門爲道以o本爲德以o宗爲天以 Ejus discipuli cogitabant illum post mortem magnificâ sepulturâ donare; dixit illis: 日以o槨棺爲地天以吾何耶備不豈具葬吾o送齎爲物萬以o璣珠爲辰星以o璧連爲月此如必 Usus sum quondam littera 以 hunc in modum: 德以o也人匪德報怨以儒怨報直以o也人常德報德以o也人俗德報直以o也人野怨報

也人大怨報德以。也人 Id est: reddere mala pro bonis hominis est improbi reddere mala pro malis hominis est et agrestis et feri. Nihil reddere pro malis, hominis est litterati et urbani. Reddere bona pro bonis, hominis est ordinarii; reddere bona pro malis, solius est hominis perfecti.

§us. 9us. 以足 *tsou-y.*

Caput *Ven-yen* egregie ait: 和以足物利禮合以足會嘉人長以足仁體事幹以足固貞義 &c. hoc imitari facile possumus.

§us. 10us. 以不 *pou-y.*

Tso-chi ait: 幣器以不生畜以不疾隱以不川山以不官以不國以不 Puto quod hoc loco 以 possit explicari per 用 uti.

§us. 11us. 以之 *tchi-y.*

Liber *Li-ki* ait: 以之紀。孝以之修。禮以之行。敬以之愛。大以之慮仁以之終。義 Fertur præclara sententia confucii dicentis: 以之守。知睿明聰之守。海四有富。怯以之守。世振力勇。讓以之守。下天被功。愚也道之損又之損謂所此。謙以 Tam præclara verba debent latine verti: Si cæteros omnes ingenio et sapientiâ superas, fac ut videaris stupidus et sic illas dotes conservabis. Si merita tua totum orbem replent, aliis semper cedere ama, et merita tua tibi manebunt. Si fortitudine et robore mundum erigis, infirmitatem affecta et sic fortitudinem non perdes. Si quidquid est intrà quatuor maria possides, tanto magis humilis esto, et sic divitias habebis quæ tibi non poterunt auferri, atque hæc est seipsum abnegandi iterumque abnegandi vera methodus.

§us. 12us. 可 *ko.*

Liber *Li-ki* ait: 殺可生可貧可富可賤可貴可君事 Facillimum est hoc imitari, sed videndum ut apte fiat et in loco.

§^us^. 13us. 以可 *ko-y.*

Tchouang tsee ait: 年盡以可親養以可o生全以可o身保以可 Id est: hoc pacto poteris conservare personam tuam, poteris integre vivere, poteris alere parentes, poteris implere annos tuos.

§^us^. 14us. 爲 *ouei.*

In capite *Chove-koua* saepissimè, v. g. 爲o玉爲o圜爲o父爲o君爲o天爲乾金 &c. *kien* supponit pro caelo, pro rege, pro patre, &c.

§^us^. 15us. 必 *pi.*

Kia kong-ki ait: &c. 嚴必節儉o厚必隱惻o正必箴諫o直必謇容 Si de litterarum cognitione ageretur, omnia ejusmodi latine vertenda essent; sed quoniam de solo stylo tractamus, sufficit videre quomodo disponatur 必 *pi.*

§^us^. 16us. 無 *vou.*

Tso-chi ait: 無o怒復無o禮敖無o同違無o寵恃無o富怙無o亂始無義非犯無o德非謀 non orditur turbas, non fidit divitiis, non innititur favori non resistit aequalibus, non despicit urbanitatis leges; non bis irascitur; nihil meditatur virtuti contrarium; nihil agit contra justitiam. Vide quod sex primae phrases sunt trium litterarum, duae ultimae habent quatuor; possent adhuc addi similes duae vel quatuor.

§^us^. 17us. 乎大莫

Hi-tsee ait: 月日乎大莫象縣o時四乎大莫動變o地天乎大莫象法

§us. 18us. 而 *ell.*

Kao-king-ki docet modum quo praeparatur pulvis vel cinis ex quo fiunt vasa et ait: 之宿而o之塗而o之沃而o之揮而o之盡而灰其清

§us. 19us. 不而 *ell-pou*

Tso-chi ait: o淫不而遷o攜不而遠o偪不而邇o屈不而曲o倨不而直o費不而施o宣不而廣o匱不而用o荒不而樂o愁不而哀o厭不而復流不而行o底不而處o貪不而取 Sunt quatuordecim phrases prorsus gemellae, quibus virum perfectum adumbrat nihil uberius, nihil elegantius. Non miror quod *Tso-chi* tantopere laudatur propter stylum *Sun-tsee* quoque ait: 而察o爭不而辨o慢不而寬子君流不而柔o暴不而堅o激不 sapiens facilis est, sed non languidus; disputat, sed non altercatur; examinat, sed sine minutiis; rigidus est, sed non ferus; indulget sed non diffluit.

§us. 20us. 其 *ki.*

Hi tsee ait: 隱而肆事其o中而典言其o文辭其o遠旨其 Est etiam egregius locus in libro *Li-ki;* sic incipit: 緩以嘽聲其者感心樂其o殺以噍聲其者感心哀其 &c. sunt adhuc plures phrases eodem planè modo ordinatae. Percurrit enim omnes affectus quos musica in corde excitat, et indicat sonos qui ad talem vel talem affectum apti sunt.

§us. 21us. 其得 *te-ke*

Confucius ait: 式其得車節其得樂時其得味象其得鬯 et alia enim multa sic enumerat.

§^us. 22us. 兮 *hi.*

Est præclarus locus apud *Sun-tsee:* 敬能其○兮嚴嚴○也理條有其○兮井井也始終有其兮分分○也已 Sic pergit, et locus integer habet ejusmodi partes prorsus similes inter se. Graditur oratio sicut in pares cuneos distincta et phrases, velut maris undæ pellunt et pelluntur.

§^us. 23us. 奚 *hi.*

Tchouang-tsee ait: 惡奚樂奚去奚就奚處奚避奚據奚爲奚 hæc ultima littera (惡) forte legenda est non *ou* sed *yu* propter rhythmum.

§^us. 24us. 矣 *y.*

Liber *Li-ki* ait: 矣盛矣美矣大則言 Sæpe hoc occurrit et in fine poni solet: 不矣加以可 *Tchouang-tsee* ait: 矣數何以不○矣治弗矣死生先之子 Tuus magister est homo mortuus, non est vivus, non transibit aliquot dies; 以可弗矣盡矣至矣加 non plus ultra, nihil super addi potest.

§^us. 25us. 嘗未 *ouei-tchang.*

Liber *Kia yu* ait: 危知嘗未懼知嘗未勞知嘗未憂知嘗未哀知嘗未 sic est sapiens, nulla passione præpeditur.

§^us. 26us. 曰 *yue.*

Chu-king ait: 土曰五○金曰四○木曰三○火曰二○水曰一 In libro *Tcheou-li* sæpissime occurrit 曰 yue in enumerationibus, v. g.: Carmina libri *Chi-king* ad quinque

species revocat: 頌曰雅曰興曰比曰賦曰風曰 Nota quod non sit necesse apponere &c. 曰二曰一 Caput *Hi-tsee* ait: 曰寶大之人聖。生曰德大之地天財曰之聚以何。仁曰之守以何。位 &c.

§us. 27us. 有 *yeou.*

Tso-chi ait: 類有。假有。象有。義有。信有。五有名 *Mong-tsee* ait: 父信有友朋。序有幼長。別有婦夫。義有臣君。親有子

§us. 28us. 乎是於

Tso-chi ait: 供之事。生乎是於。庶蕃之民。出乎是於。粢之帝上厖敦。始乎是於。殖蕃用財。興乎是於。睦輯協和。在乎是於。給成乎是於。固純 Sine negotio hæc ad alia transferri poterunt. Quod unum intendo est varios orationis modos nudè proponere.

§us. 29us. 然 *gen.*

Sun-tsee ait: 然蕩蕩然昭昭然廣廣然恢恢然蕼然棋然壯然儼 miror quod tot adverbia deinceps posita non offendant aures.

§us 30us. 焉 *yen.*

Liber *Li-ki* ait: 。焉倫之子父見。焉義之臣君見。焉道之神鬼事見。焉別之婦夫見。焉施之賞爵見。焉殺之疎親見。焉等之賤貴見焉際之下上見。焉序之幼長見。焉均之事政見 Decem sunt phrases ejusdem omnino coloris. Hæc autem omnia quæ enumerat bona colliguntur ex ritibus bene ordinatis. Hic per transennam adverto quod quando phrases excurrunt usque ad octo vel

decem, si nulla inter omnes sit diversitas, non tam placent. Liber *Ta-hio* ait: 所其之人所其之。焉辟而敬畏所其之。焉辟而惡賤所其之。焉辟而愛親焉辟而惰敖所其之。焉辟而矜哀 Littera 辟 malum sensum habet, et excessum, vel defectum indicat. Vellet *Tsang-tsee* ut eorum quos amamus vitia cerneremus, et eorum quos odimus virtutes nos non laterent: 美其知而惡。惡其知而好

Nullus dubito quin adhuc alia sint ejusdem generis multa; sed triginta modi quos attuli sufficere possunt, ut Missionarii discant eleganter scribere sinicè; atque ut omnibus animos addam quantum in me est, juvat hoc loco ponere discursum integrum de Deo et divinis attributis quem quidam è Sociis mihi bene notus post aliquot missionis annos composuit. Ita autem se habet.

天主總論

自開闢以來先聖後聖所相授受之大道也皆宗上
帝天主以爲萬物之大本者也蓋萬物之有主猶木
之有根川之有源國之有君家之有長身之有首然
無首則身不立無長則家不齊無君則國不治無源
則川不決無根則木不登無帝則物不生苟有根焉
夏之果蓏於是乎實有源焉海之川流於是乎進有
君焉國之寧謐於是乎定有長焉一家之人於是乎
宜有首焉身之百體於是乎通行主焉天地壹壹於
是乎成而萬物化醇於是乎行矣惟一大主羣生本
源萬方君師烝民父母無形而形形無象而象象非
天而天天非地而地地無聲無臭無限無量無始無
然全能全知全善全美惟純惟一自誠自足可以言
以指之曰自有者惟自有者爲能有諸有而未始受
有惟自有者爲能無無是乃至有獨有全有而不得
不有其有其足其誠其福其德其美俱自然而然而
不得不然者也惟自有者有知有意有志有情有仁
有義有感應之神能有好惡之公理有自主之權衡
是故其施乎外而造天造地生神生人者皆非自然
而不得不然蓋造天地萬物非是如不得不造焉存
天地萬物非是如不得不存焉乃並由天主之意而
然者也欲生物則好生之心

DE DEO ET ATTRIBUTIS DIVINIS

GENERALIS DISCURSUS.

Ab exordio mundi usque nunc, doctrina quam omnes Sancti per generationes singulas sibi tradiderunt, summo in loco et honore semper habuit dominatorem cæli supremum Dominum, ut pote qui sit rerum omnium magna radix. Res quippe omnes habent Dominum, sicut arbor radicem, amnis fontem, regnum ducem, domus patrem-familias, et corpus caput. Tolle caput et corpus stare non poterit; tolle fontem, fluvius statim arescet; tolle radicem, arbor non crescet. Si desit Dominus nulla res umquam existet. At vero quia est radix, ideo plantæ et arbores per æstatem fructus parturiunt. Quia datur fons, ideo amnes omnes suum peragunt iter. Quia regnat princeps, ideo firma pax viget in imperio. Quia pater-familias præest domui, ideo omnes tranquille habitant in domo, quia stat caput, ideo omnia corporis membra inter se communicant et sic demum quia existit supremus omnium Dominus, ideo secreti cælorum terræque influxus perficiuntur, et rerum omnium conversiones fiunt.

Unicus Dominus Deus omnium quæ vivunt et existunt fons et origo, totius universi rector et doctor populorum omnium pater-mater est; incorporeus omnia corpora producit; invisibilis omnia visibilia creat: non est cælum sed facit ut cælum sit cælum; non est terra, sed facit ut terra terra sit. Ipse solus, sine sono, sine odore, sine limite, sine termino, sine initio, sine fine; omnipotens, omniscius summe bonus, summe pulcher, summe simplex et unus, a se ipso veritas abunde sibi sufficit. Uno verbo illum utcumque indigitare licet, dicendo quod sit ens à se. Solum ens à se dat existentiam omnibus quæ existunt extra se, nec esse suum ab ullo accipit. Solum ens à se nihil habet nihili, sed est extremum ens, perfectum ens, totum ens, nec potest non esse ens. Ejus ens ejus independentia, ejus veritas, ejus bonum, ejus pulchritudo, necessaria sunt quod sunt, nec possunt non esse quod sunt. Ens à se habet à se solo ut cognoscat, ut intendat, ut velit, ut diligat, ut bonum et justum sit, ut spirituali modo—excitet et respondeat, ut justissime aversetur et amet, ut æquissimo Dominii ac libertatis arbitrio cuncta ponderet.

Quamobrem cum operatur ad extra, sive cælum terramque creet, sive spiritus hominesque producat, hæc omnia non existunt necessariò ita ut non possint non existere. Igitur quando produxit cælum, terram, resque omnes, non existimandum est quod hæc omnia non poterat non producere; quando conservat cœlum terram resque omnes, non putandum est quod non possit conservare si velit. Nimirum cuncta pendent à libera supremi Domini voluntate ut sint vel non sint. Si mundum velit producere, sic optimum res producere amantis cor ad extra

exit. Si mundum non vult producere, sic perfecta sibi sufficientis independentia clare apparet. Si conservare non velit quod produxit; sic liberum à se dominantis arbitrium exercetur. In his omnibus nullo modo determinatur ad hoc vel ad illud, ita ut hoc bonum sit, illud autem malum, hoc liceat, illud autem non liceat. Ratio est quod realis existentia cæli, terræ rerumque omnium, supremo enti, quod à se est, nihil addit, et caeli terrae rerumque omnium non existentia supremo illi enti nihil auffers. Quando omnia creat non laborat, quando omnia conservat non movetur. Licet omnia extinguat, id summe ejus bonitati non nocet. Cætera omnia sint vel non sint, idem semper perseverat ipse producere, conservare, destruere et extinguere, actiones sunt quae fiunt in tempore; sed decretum et voluntas producendi, conservandi, vel destruendi, fixum et ratum est ab aeterno et ante omne tempus.

於是乎出欲不生則自足之尊於是乎顯生焉而欲不存則自主之權於是乎行無然而無不然無可而無不可有天地萬物於自有者無所益無天地萬物於自有者無所損生之不煩其力存之不擾其靜滅之不傷其仁有之無之不變其恆生也存也滅也雖以時而始行而或生之或存之或滅之之者則自無始而有定是故變化庶類而自不變化始終萬物而自無終始體萬物而不與物同體包萬時而不與時推移其時也不流其有也不逝其行也無動其靜也無息至玄而非虛至穆而非無至遠而不可遺至近而不可援萬美蘊乎內而萬德流乎外生生不已恩澤無窮此至仁之驗也好善惡惡公賞公罰此至義之昭也天地萬物一命即有不藉氣質不待其勞此全能之顯也安排庶類令各得其所分形別性異性異宜此全智之露也以安以養以保以頃刻無間此至鑒之效也人有正物有曲各是其才各表其德此至美之流也靈蠢高卑相依而歸一向恆古恆今相生而同一原此主宰至一之徽也神或上主之大德同而異異而同至一而不孤至尊而不屑至大而能容至善而好恕至威而可愛至仁而

Quapropter mutat et convertit omnia, nec tamen ipse mutatur aut convertitur, dat omnibus rebus principium et finem, nec ipse finem aut initium habet, rerum omnium substantiis intime conjungitur, nec tamen ejusmodi cum rebus substantiae est. Res omnes complectitur, nec temporum experitur vices. Ejus tempus non fluit, ejus existentia non transit, ejus actio est sine motu, ejus quies est sine requie. Nihil illo magis abditum et secretum, nec tamen est merum vacuum. Nihil remotum ac profundum magis, nec tamen est merum nihilum nihil remotius, nec tamen ab illo quidquam potest separari; nihil propius, nec quisquam tamen illum attrectare potis est, omnes omnino pulchritudines in sinu ejus habitant et virtutes omnes fluunt ad extra quod producat sine ullo fine, nec beneficium ejus sit mensura aut modus, hoc extreme ejus bonitatis effectus est. Quod amet bonos et malos odio habeat, et summa cum aequitate praemia vel paenas decernat, in eo perfecta ejus justitia splendet. Quod omnia eo jubente extiterunt sine ulla præexistente materiâ et sine ullo creantis labore, ex eo ejus omnipotentia colligitur. Quod species omnes ordine disponat, et suo quamque loco collocet, ita ut distinctis corporibus natura distincta, et diversis naturis diversa sit ratio, per illud infinita ejus sapientia se prodit. Quod universa tranquillet, alat adjuvet et conservet, sine ullâ vel minimâ momenti temporis intercapedine, hoc summe ejus intelligentiæ et spirituali operationi, tanquam effectus causae tribui debet. Quod homo rectus sit et alia non ita recta, ita ut tamen quod libet ens suas dotes proferat, et virtutem sibi propriam exerat, id formosae ejus pulchritudinis argumentum est. Quod entia sive ratione donata sint, sive non, resque tam altae quam infimae mutuo sese fulciant et ad unum finem tendant, semperque ab initio sicut et nunc, sibi vitam invicem tradant, atque ex unâ eâdemque origine nascantur, per hoc suprema ejus Dominii potestas et simplicissima ejus essentiae unitas aperte probatur. Proh! quam divinae sunt Supremi Domini excelsae virtutes! Ita simul conveniunt ut differant inter se, ita inter se differunt ut conveniant simul. Summè unus est nec tamen solitarius; summe venerandus, nec tamen ferus; summe magnus, et nihil tamen rejicit; summe justus, et amat parcere. Augusta ejus majestas amorem inspirat; infinita ejus bonitas ad timorem excitat. Summe excellens est, et abditus; spiritus tamen et homines cum eo communicant. Summe aequalis et solidus, et per cordis affectus excitat et excitatur. Illum aspicis, nec vides; auscultas nec audis. De eo non cogitas, et semper habitas cum eo. Ad eum non attendis, et sine intermissione recipis ejus beneficia. Eheu! Eheu! quam caeci sunt hujus saeculi mortales! norunt relationes humanas et caelestes non norunt. Sciunt esse cœlum, terram, regem, parentes, magistros, et nesciunt esse magnum patrem matremque qui fecit hæc omnia. Abeunt post rivos, et deserunt fontem, ramos extremos curant et de radice non curant. Eheu! quam caeci sunt! cælum omnia tegit, tellus omnia portat. At cœli Dominus qui producit et alit omnia longe est supra cœlum et terram. Rex gubernat populos, at Dominus eos regit longe melius quam ullus rex. Parentes filios amant, at cœli Dominus homines ardentius diligit quam mater unigenitum. Discipulos instruunt magistri, at cœli Dominus suis documentis potentius nos imbuit quam ullus doctor. Homines mihi dona offerunt, et omnia mundi bona cum domini beneficiis nequeunt comparari.

可畏至高至玄而神也人也可與相通極乎極實而
意也情也可相感應視之而不見聽之而不聞雖爾
不知而常與之偕雖爾不覺而時受其恩噫迷惑世
人也知有人倫而不知有天倫知有天地君親師而
不知有生天生地生人之大父母知流而不知源知
末而不知本嗚呼愚哉天以覆之地以載之而天主
之生育超乎天地矣君以治之而天主之臨更切乎
君矣親以懷之而天主之愛原乎親矣師以誨之而
天主之訓篤乎師矣人施於我以恩而天主之恩非
世恩可比人賜我以福而天主之福非世福之所羨
矣是故尊之也不止於君焉愛之也不止於親焉服
之也不止於師焉感之也不止於恩人望之也不止
於福主聖經曰欽崇天主信焉望焉愛焉而之之於
萬有之上其此之謂也以可見之物推而言天主者
人力不過若是而已今以人之力而欲測天主之妙
性者真猶以蹄涔而欲注海以螢火而欲照天焉果
可乎哉不依聖經而論上主者或迫於一位而孤之
或延於多主而二之至尊大主者不貳也不孤也自
含有三位共一主故不貳雖然非秉聖經以證其然
則吾人之心也其豈能思之耶哉

終

Homines me felicem reddunt, at felicitas Domini omnem mundanam felicitatem supereminet. Quapropter honorari debet multo magis quam Rex, amari debet plus quam parentes, debet audiri diligentius quam ullus alius doctor, ampliores meretur gratias, quam omnes benefactores, major spes in eo ponenda quam in hominibus, à quibus expectamus felicitatem. Sancta scriptura ait: honore prosequendus cœli Dominus illi credendo, in illum sperando, illum amando super omnia. Istud ipsum est quod dico.

Si per ea quæ conspicimus ad rerum omnium conditorem ac Dominum volumus ascendere, nihil fere aliud propriis viribus assequemur quam quæ hactenus dicta sunt. Velle autem humanis viribus mirabilem ejus naturam comprehendere, vere idem est ac velle totum mare

exiguo cavo concludere, vel cum lucente muscâ totum cœlum illuminare. Si absque sacra Scriptura de Deo discurrimus, vel in eo unicam admittemus personam, et sic solitarius erit; vel plures statuemus Dominos et sic erit multiplex. At Deus nec multiplex est nec solitarius, quia tres personae unicum constituunt Dominum. Ideo non est multiplex. Licet autem hæc ita se habeant, nisi tamen sacræ scripturæ authoritatem sequamur, quando exiguis nostris viribus talia cogitare possemus?

FINIS DISCURSUS.

ARTICULUS SEPTIMUS.

DE OMNIBUS SPECIEBUS COMPARATIONIS.

Ad quatuor puncta totum hoc refero. 1° agam de simplici comparatione. 2° Explicabo quid sit 喻譬 *pi-ye*. 3° de metaphorâ disseram. 4° desinam in 言寓 *yu-yen* atque adeo plures figuras sub comparationis nomine comprehendi lector satis hinc colliget.

§us. 1us. DE SIMPLICI COMPARATIONE.

Omnis similitudo vel ab hominibus vel à rebus desumitur: de utroque seorsim agendum.

NUMERUS PRIMUS.

DE COMPARATIONE A CERTIS HOMINIBUS DEDUCTA.

Solemus assumere veteres aliqua re famosos ut iis componamus quos vel laudare volumus vel carpere. Sic dicitur aliquis esse pulcher ut Adonis, prudens ut Ulysses, Batto loquacior. Tithone annosior, audacior Icaro; est alter Phalaris, alter Thersites. Et ita etiam Sinæ solent. Igitur operæ pretium est diligenter adnotare nomina veterum omnium, quos passim

reperies, vel ob aliquam virtutem laudari, vel propter aliquod vitium reprehendi. Brevem ejusmodi hominum catalogum hoc loco describam, prout sese menti offerent.

賁孟 *Meng-pen* vir erat magnis viribus pollens, ita ut ex vivi tauri capite cornua suis manibus avelleret.

舟湯奡 *Ngao-tang-tcheou*, iste navim in sicco positam circumducebat.

獲烏 *Ou-hoe*, et 育夏 *hia-hiou* etiam laudantur ob magnas corporis vires.

婁離 *Li-leou*, habebat acutissimum visum, alter Argus.

曠師 *Sse-kouang*, habebat aures delicatissimas.

子輸公 *Koung-chu-tsee*, fuit opifex valde industriosus, Dædalus alter. Laudatur quoque

倕 *Tchoui*, ob eam rem.

佗花 *Hoa-to*, medicus celeberrimus.

鵲扁 *Pien-tsio*, medicus alter qui mortuum excitavit; quod de Æsculapio fertur.

高琴 *Kin-kao*, optimus citharædus.

倫伶 *Ling-lun*, vir musicæ peritissimus.

首隸 *Li-cheou*, arithmeticus insignis.

羿 *Y*, famosus jaculator.

婦馮 *Foung-fou*, venator celebris.

仲奚 *Ki-tchoung*, optimus curruum artifex.

父造 *Tsao-fou*, peritus auriga, alter Automedon.

陽孫 *Sun-yang*, optime sciebat equos alere et docere.

樂伯 *Pe-yo*, vocatur, quod est nomen stellæ quae propter illum dicitur

馬天 *Tien-ma*, caelestis equus.

邪易 *Y-sie*, homo eruditi palati coquus celebris.

秋弈 *Yih-tsieou*, vir erat bonus latrunculis ludere.

和羲 *Y-ho*, solis currum regit, Sinicus Apollo.

伶劉 *Lieou-ling*, famosus vini potator.

髡于淳 alter ejusmodi bibosus.

鮀祝 *Tchou-to*, impudens adulator.

明伯 *Pe-ming*,

極無 *Vou-ki*, et

充江 *Kiang-Tchong*,

} tres famosi calumniatores

氛靈 *Ling-fen* futuri praescius.

毒嫪 *Mieou-tou,* alter Priapus.

子李 *Li-tsee,* homo lascivus : dicitur equam iniisse 馬 儀 hinc Centauri.

施西 *Si-che,* vel 子西 *Hi tsee,* vel 施毛 *Mao-che,* mulier formosissima, Sinica Venus.

文陽 *Yang-ven,* et 嫱王 *vang tsiang,* ob pulchritudinem quoque famosae.

娥嫦裡月子仙池瑤 duae formosae deae, altera lacum dictum 瑤 *jao* incolit, altera in lunâ regnat.

毋嫫 *Mo-mou,* et 倠仳 ob deformitatem famosae.

Formosi juvenes sunt 1° 安潘 *Pouan-ngan* 2° 都子 *Tsee-tou* 3° 朝宋 *Tchao* ex regno *Soung* 4° 玉朱 *Tchu-ye.*

Ob ingenii dotes celebrantur I° 建子 *Tsee-kien* 2° 衛嵇 *Hi-ouei* 3° 如相 *Siang-ju* 4° 白太 *tai pe.*

Propter styli elegantiam jactantur 1° 氏左 *tso-chi* 2° 遷馬司 *Ssee-ma-tsi* e 3° 子莊 *Tchouang-tsee* 4° 原屈 *kiu-yuen* 5° author libri 滸水 *Choui-hou* 6° author comediæ dictae 廂西 *Si-siang.* Isti sunt sex 子才 *Tsai-tsee,* sic vocati propter certas ingenii dotes quae in aliis non reperiuntur.

豹王 *Vang-pao,* et 駒縣 *Meen-kiu,* veteres poetae lyrici qui, ut ait *Mong-tsee,* canendi amorem, omnibus illa aetate communicarunt.

周花 *Hoa-tcheou,* vidua famosa propter luctum in morte mariti.

堯 *Yao,* et 舜 *Chun,* optimi reges.

桀 *Kie,* et 紂 *Tcheou,* pessimi tyranni.

跖盜 *Tao-tche,* improbus latro.

夷伯 *Pe y,* homo justus.

彭老 *Lao-pong,* vel 祖彭 *Pong-tsou,* senex longævus ; 700 annos vixisse fertur.

回顏 *Yen-hoei,* optimus juvenis in aetatis flore mortuus.

Non necesse est hic addere multa exempla, ut ostendatur quomodo his et similibus nominibus sit utendum. Unum aut alterum sufficiet.

Hoai-nan-tsee ait : 醜所有施西美所有毋嫫 *Mo-mou,* suam habet pulchritudinem et *Si-che* suam deformitatem. Sensus est quod *Mo-mou* sub deformi vultu tegebat pulchram animam, *Si-che* vero egregiam corporis formam animae vitiis inquinabat.

貌之安潘有才之建子有 Ingeniosus ut *Tsee kien,* formosus ut *Pouan-ngan* 生重白太世再如相謂可 diceres *Siang ju,* et *Tai pe* in eo reviviscere.

Non solùm ejusmodi hominum nomina et dotes colliget quisquis eleganter scribere cogitat: sed etiam loca magis celebrata, ut sunt apud nos Olympus, Tempe, Parnassus, &c. imò arbores, et plantas et rivos et vermes, et animalia et lapides praecipuos notabit, atque ex iis amaenas similitudines et pulcherrimas metaphoras cum elegantioribus Sinis emet.

NUMERUS SECUNDUS.

DE COMPARATIONE PETITA EX REBUS.

1° Ponitur aliqua littera quae similitudinem indicat, tales sunt 猶 *yeou* 似 *ssee*, 若 *jo*, 如 *jou*, etc. *Mong-tsee* ait: 魚求而木緣猶 perinde est ac si, quis ascendat arborem ut in ea quærat pisces. Sic dicitur: 也耕冒而耒舍猶 idem est ac velle arare sine aratro; 流清其求而源其濁猶 idem est ac fædare fontem et velle ut rivus purus sit; 不猶彩文求而玉琢 idem est ac lapidem non polire ac velle ut fulgorem emittat; 人象猶 sicut homo pictus, sicut statua, vel imago hominis; 秋似然凄 frigidus sic tanquam Autumnus Liber *Lun-yu* ait; 之共星眾而所其居辰北如譬 verbi gratiâ polus borealis stat immotus in loco suo, et omnes stellae circa eum volvuntur; *Chu-king* ait: 馬六馭之索朽若 Idem est ac si cum fune putrido velles retinere sex generosos equos. *Tchouang-tsee* ait: 之鞭而者後其視然羊牧若者生養善 Ars optima alendi populi est imitari pastores ovium: cum vident aliquam incedentem tardius, pedo illam impellunt ut properet.

2° Frequentissimè occurrit 如 et pluries iteratur, sicut Virgilius in suis Eclogis:

> Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus uvæ,
> ut gregibus taurus, segetes ut pinguibus arvis,
> tu decus omne tuis.

也性之水者鏡如靜平澹湛 aqua est naturaliter plana et quieta velut speculorum æquor; 地如庶衆陛如臣群堂如子天 Imperator est velut aula, mandarini sicut gradus per quos ascenditur, et plebs est veluti solum; 虎豺如聲 vox terribilis sicut vox catulorum tigridis; 矢如直道 via recta sicut sagitta. *Chu-king* ait: 如虎如羆如熊如貔 veluti tigres et lupi, sicut ursi et leones. Sic verto quia nescitur quid sit 貔 p'i et 羆 p'i.—*Chi-king* ait: 磨如琢如磋如切如 sicut artifices qui secant et perpoliunt, qui sculpunt et lævigant. Ex multis comparationibus simul conglobatis nascitur

insignis descriptio, seu pictura. Sic in *Chi-king* habes ; 如領。脂凝如膚。荑柔如手兮盼目美兮倩笑巧。眉蛾首螓。犀瓠如齒。蝤蠐 manus candidæ sicut lilium, pellis tenera sicut massa pigmenti congelati, collum sicut albæ locustæ, dentes ordinati sicut cucurbitarum semina, caput sicut cicadæ, supercilia sicut papilionis ; os et genas ornat gelasinas, oculi pulchri et pupilla nigra in medio candidissimi æquoris micantes.

3°. Potest omitti nota similitudinis quoties satis per se apparet comparatio. Sic Virgilius :

> Nec lacrymis crudelis amor, nec gramina rivis,
> nec cytiso saturantur apes, nec rore cicadæ.

Tso-chi ait : 也輿之德名 fama est veluti currus virtutis. *Sun-tsee* ait : 也宅仁 caritas est veluti propria nostra domus. *Chu-king* ait : Si agitur de corde meo durissimo, te utar vice cotis acutæ. Si de via quæ mihi enaviganda est, eris mihi pro nave et remis. Quando ero aridus sicut terra sitiens, tu mihi eris lætus imber. Aperi ergo cor tuum, et divitiarum ejus partem aliquam in meum refunde. Verba sinica sunt : 礪作汝用金若心朕沃心乃啟。雨霖作汝用旱大歲若。楫舟作汝用川巨濟若。 Et alio in loco ait : 梅鹽惟爾羹若。糵麴惟爾醴酒作若 id est : Si de me vis facere vinum optimum, oportet ut sis fermentum sine quo nullas habebit vires. Si vis ut sim jusculum suavissimi saporis, oportet ut sis condimentum sine quo semper insipidum erit. Sic *Tchouang tsee* ait : 術道乎忘相人。湖江乎忘相魚 Pisces sese obliviscuntur in aquis profundis, et homines in oceano veræ doctrinæ.

4°. Ad comparationem revocari debet ed omne quod in poesi vocant 興 *hing* et 賦 *fou* ; Liber *Chi-king* sic incipit : 洲之河在鳩雎關關 aves dictæ *Tsu-kieou* sibi mutuo respondent ad fluminis ripas, quia ejusmodi avis habet destinatum comparem à suâ nativitate, nec umquam inter se perperam agunt, sed simul vadunt, nec sibi palpant : 不偶定有生狎相不而遊並常偶亂相 Ideo ipsis comparantur sponsus et sponsa et hoc vocatur 興 *hing*.

5°. Longe venustior est comparatio quando lectori divinanda relinquitur, ut exemplis patebit. *Pao-pou-tsee* ait : 也逃能形直曲員方而故智設不也接形於之水鏡夫 quando aqua velut speculum res recipit, nihil ex suâ parte facit, quam illas recipere, et tamen sive quadratæ sive rotundae, sive curvæ, sive rectae sint, eas repraesentat quales sunt, nec ulla potest sese abscondere. Duas litteras 故智 explicat interpres per 飾巧 artificiose ornare. *Tchouang-tsee* ait : 於免不則山離而介獸之車函夫罹網。高厭不鳥故。之苦能蟻則。水失而碭魚之舟吞患之罟罔深厭不 Id est ; si maximae quaeque ferae deserunt montes suos cadunt in retia ; si pisces, vel maximi non remanent in aquâ, formicis praeda sunt, et ideo aves non queruntur quod

arbores altae sint nec pisces quod aqua nimis profunda sit. Item ait: 介閒蹊之徑山矣之塞茅則用不閒爲路成之用然 Quando bene teruntur parvae illae semitae in montibus, brevi evandunt viae; sed si nemo per eas ambulat, herbae cito crescunt nec ullum apparet semitæ vestigium. Item ait: 過而之日焉損有也河過之風往而源恃也攖其始未爲以河而河守與相日與風只請焉損有也也者 Cum ventus transit super fluvium, semper ab illo aliquid abradit. Cum Sol radiis illum verberat quoque attrahit aliquid. Ventus et Sol frustra fluvium aggrediuntur. Ille non revertit, sed suo fonte tutus pergit iter suum. Olim Confucius audivit puerulos sic cantantes: 足我濯以可兮濁水之浪滄纓我濯以可兮清水之浪滄 Si rivi *Tsang-lang* aqua pura sit, in eâ lavabimus pileos nostros; si vero sit turbida, lavabimus pedes. Audite inquit, cum pura est, lavat pileum; cum sordida, lavat pedes.—*Mong-tsee* alludens ad locum ex *Chi-king* ait: 者谷幽入而木喬下聞未者木喬於遷谷幽於出聞吾 Audivi quidem quod multi deserunt vallem tenebrosam et proceram arborem conscendunt; sed non audivi quod ullus unquam ex arbore per alta descenderit, ut in imâ valle se sepeliret.—Confucius stabat prope torrentem: 上川在 et suspirans ait: 舍不夫斯如者逝夜晝 Eheu! torrens iste transit, nec ullam die et nocte requiem invenit; 逝 *transire, labi,* tam bene intelligitur de vitâ nostrâ et de rebus omnibus quae pereunt, quam de illo amne qui

Labitur et labetur in omne volubilis ævum.

Hæc omnia exempla proxime accedunt ad 言寓 *yu-yen* et ideo plurimum fulgent.

§us. *SECUNDUS.*

DE 喩譬 *Pi-yu.*

Laudatur in primis *Mong-tsee* quod frequenter et bene uteretur ejusmodi comparationibus: 喩譬於善 Ad ea certè saepe confugit, sive ut quaesitis respondeat, sive ut explicet quod habet in mente. Cum autem ista exempla proferre facile sit, et Sinis maxime arrideant, juvabit aliquot loco seligere ex *Mong-tsee*, ut nos ad instar idem in loco faciamus.

1um. Exemplum: Rex quidam mirabatur quod licet ipse melius administraret regnum suum quam ullus alius ex suis vicinis; tamen neque illorum populus minueretur, nec multiplicaretur, suus. Respondet *Mong-tsee*: vestra majestas amat bella. Summamus igitur exemplum ex præliis 喩戰以請戰好王曰對子孟 Denide fingit quod omnes relictis armis fugiunt, sed quidam usque ad centum passus, alii usque ad quinquaginta tantum et quod isti rideant primores 後而步十五或止後而步百或走而兵曳甲棄

步百笑步十五以止 ac tandem petit utràm bene irrideant 如何則 negat Rex, quia licet post quinquaginta passus steterint, tamen et ipsi fugam ceperunt 直可不曰也走亦是耳步百不 Hinc *Mong-tsee* recte concludit: Si vestra majestas hoc bene novit, non debet sperare forent ejus populus augeatur 鄰於多之民望無則此知如王曰也國 Ratio quae statim intelligitur, quamque ob regis decorum non affert, est quod ipse similis sit iis qui ad quinquaginta passus fugerunt.

2um. Exemplum: vult probare regi quod si non acquirat totum orbem, ejus culpa sit, et hâc comparatione utitur: Si quis vestrae majestati diceret: ego possum attollere pondus ter mille librarum, sed non possum à terrâ levare unam plumam. Ego minutissima quaeque acutissimè cerno; sed non possum videre unum currum faeno plenum 足力吾曰者王於復有薪輿見不而末之毫秋察以足明羽一舉以足不而鈞百舉以 annueret ne vestra majestas? Rex respondet hoc esse absurdum 否曰乎之許王則 Resumit *Mong-tsee* vestra majestas beneficia sua extendit usque ad bestias, sed non curat de populo suo: annon idem est? Igitur non regnat, non quia non potest, sed quia non vult 而獸禽及以足恩今也能不非也爲不之王與何獨者姓百於至不 Fingit rex se non intelligere 異以何形之者能不與者爲不曰 Sic sese explicat *Mong-tsee*: si diceres alicui: accipe mihi montem hunc et projice in mare, illeque respondeat, non possum, vere respondet. Dic ipsi carpe mihi hunc florem et affer ad me, respondetque non possum, mentitur, non legit florem non quia non potest, sed quia non vult. Vestra majestas non est similis illi qui montem non projicit in mare, sed ei qui florem non carpit 語。海北超以山太挾。曰爲不是。能不我。曰人語。枝折者長爲。也能不誠是。能不我。曰人之枝折是王不之王。也類之海北超以山太挾非王不之王故。也也類 Hic advertere poteris hujus hominis verbosam garrulitatem.

3um. Exemplum. Sicut Nathan propheta et mulier illa Themitis inverterunt sermonem suum ad regem David, ita. Sæpe *Mong-tsee*; duo loca seligo. Unus ex vasallis vestræ majestatis proficiscens ad regnum *Tsou* credidit uxorem suam amico suo donec rediret. Misera uxor apud istum amicum fame et frigore pene extincta est: Quid debet facere maritus ejus quando redierit 其餒凍則也反其比者遊楚之而友其於子妻其託有臣之王何之如則子妻 Respondet Rex: perfidum illum amicum deserat 之棄曰王 Urget *Mong-tsee*: quidam mandarinus non potest regere suos inferiores: quid faciendum de illo? 何之如則士治能不師士曰 Reponit rex: ex officio suo deponatur 之已曰王 Instat *Mong-tsee*: Intra quatuor regni partes nulla est regiminis forma: quid agendum? rex respexit adstantes, et ad alia sermonem vertit 左顧王何之如則治不內之境四曰他言而右 Idem *Mong-tsee* in aliâ occasione, sed efficacius fecit: dixit enim mandarino cui nomen *kong-kiu-sin*: si quis ex tuis militibus ter in die de statione suâ decederet, an

ferret impunè? an illum deponeres? 之去則。伍失三而日一士之戟持之子乎否 Respondit *kiu-sin*: non expectarem ut ter peccasset 三待不曰 Atqui resumpsit *Mong-tsee*, in eadem culpa ipse es 矣多亦也伍失之子則然 Et istud probat, quia populus fame perit. Non hoc à me venit, inquit *kiu-sin*. Respondet *Mong-tsee* hâc parabolâ. Aliquis accepit alterius oves custodiendas. Quærit pascua ut eas alat. Si nulla reperit, an eas miserè pereuntes lentus intuebitur? an potius reddet ei qui eas sibi tradiderat? 受有今視而立亦抑。人其諸反則。得不而芻與牧求。者之牧爲而羊牛之人與死其 Ego sum in culpâ, inquit, *kong-kiu-sin* 也罪之心距則此 Alterâ die *Mong-tsee* dixit regi: Inter mandarinos vestræ majestatis, unicum *kong-kiu-sin* novi qui sciret agnoscere suam culpam. Ac deinde quod acciderat totum narravit。曰王於見日他之誦王爲。心距孔惟者罪其知 Rex respondit: Ego ipse sum qui peccavi 曰王也罪之人寡則此

§us. *TERTIUS.*

DE METAPHORA.

Sinæ unam ex sex classibus, ad quas omnes suas litteras referunt appellant 借假 *kia-tsie* et in ea omnes metaphoræ species comprehenduntur. Sed 借假 *kia-tsie* apud Sinas longe latius patet quam apud nos metaphora.

1°. Litteræ interdum transeunt ab una classe ad aliam, v. g. 二 et 三 proprie pertinent ad primam classem et ideo sunt tam simplices quam ipsamet littera 一. In usu tamen detorquentur, ut significent pluralitatem, 二 *duo* et 三 *tria*. Sed tunc ad quartam classem descendunt, et 二 componitur ex duabus unitatibus, et 三 ex tribus.

2°. Particulæ omnes, sicut et nomina propria locorum, regnorum, familiarum, hominum, etc, ad 借假 *kia-tsie* spectant, quia omnes istæ litterae proprium sensum habent, et tunc ad alienum transferuntur.

3°. Quando deficit una littera ad aliquid significandum, assumitur alia; v. g. 緣 *yuen*, proprie significat *vestem simplicem* et sumitur ut significet causam alicujus rei 縣 *hiuen*, proprie est appendere; et desumitur ut indicet civitatem tertii ordinis, etc.

4°. Aliquando ponitur una littera pro alia: Sic in *Chu king* 知 idem est ac 智; in *Chan-hai-king* 俊 pro 舜 *Chun* legitur. Apud *Lie-tsee* 進 idem est ac 盡 *tsin*, et in libro *Ta-hio* 后 reperitur pro 後 *heou* &c.

5° Multis litteris contrarius plane sensus datur; hanc figuram vocamus antiphrasim, v. g. 亂 *louan*, proprie significat *turbas excitare, omnia permixta esse*, at tropice significat 治 *tchi*, et 理 *li*, *optime gubernare* et in ordinem disponere: 臣 亂 *louan-tchin*, fidelis subditus, qui regimen praeclare adjuvat; 毒 *tou* proprie est *venenum, veneno necare*, et in *Y-king*, sumitur pro 養 *yang, optime nutrire, alere*; 蠱 *kou*, proprie est vas a tribus vermibus 蟲 corrosum, at per metaphoram est *lavare*, et ejusmodi, vas in bonum statum restituere; 清 *tsing*, significat *purum* ac *mundum*, et per antiphrasim accipitur pro *latrinis*, etc.

6° Saepe est analogia inter sensum proprium et sensum tropicum, et apud nos vera tunc est metaphora. Sic *neng* 能 proprie est quædam species ursi, et tropice significat *potens*; 象 *siang* proprie est *Elephas* et vulgo significat imaginem symbolum; 豪 *hao*, proprie est *aper* et figurate designat *virum fortem*; 珍 *tchin* proprie est lapis pretiosus et per metaphoram significat delicata fercula, etc.

7° Quod vocamus continens pro contento, v. g. Domus pro Domino, sedes pro sedente, corona pro rege, crumena pro argento, etc. Nihil apud Sinas frequentius; 川 山 *chan-tchouen*, montes et flumina, i. e. montium et aquarum spiritus; 隍 城 *tching-hoang*, muri et fossae, sic vocatur Spiritus urbis praeses; 廷 朝 *Tchao-ting*, palatium et aula, hoc est Sinicus Imperator, sicut apud nos *Porta* designat Imperatorem Turcarum, et *Sancta sedes*, Summum Pontificem; 府 *fou*, civitas, i. e. civitatis gubernator; 堂 *tang*, aula, indicat matrem, et 室 *che*, domus, designat uxorem; 瑟 琴 *kin-se* sunt duo instrumenta musica et sic appellantur duo conjuges. Nihil hàc figurâ, sive in libris, sive etiam in familiari sermone usitatius.

8° Possunt accedere particulae 若 et 如 *jou* ad emolliendam metaphoram, v. g. 若 義 就 若 渴, sitire justitiam; currere ad justitiam sicut sitiens currit ad fontem; 熱 若 義 去 excutere justitiam sicut excutitur ignis; 灰 死 若 心 骸 槁 若 形, corpus sicut siccum cadaver, cor sicut cinis emortuus, hoc est, sibi perfecte mori; 灰 死 木 槁 如 sicuti truncus aridus et frigidus cinis; 丹 激 如 脣 labia sicut corallium 玉 如 女 vel 春 如 in *chi-king*, puella velut onyx, vel sicut ver novum.

9° Juvat hic congerere omnes metaphoras, quarum meminisse potero; 辱 洗 *Si-jou*, lavare suum dedecus. *Mong-tsee* Scribit 辱 洒 dicitur quoque 恥 雪 *Sue-tchi*, injuriam lavare, ulcisci de injuria. *Sue* significat *nivem*.

Tchouang-tsee ait: 人 餂 言 以 adulari, verbis alios lingere; 人 籠 好 所 其 以 aliquem per ea quae amat in caveam includere; 醉 心 cor inebriatum.

怒 *nou*, ira, dicitur de aquâ inter lapides murmurante, de fluctibus intumescentibus, &c.

讀 怒 *nou-tou*, totis viribus studere libris.

耕 怒 arare fortiter; sic Virgilius:

aut unde *iratus* silvam devexit arator.

柳 *lieou*, salices; sic autem *Tchouang-tsee* vocat tumores qui nascuntur in corpore, quia simile aliquid cernitur in salicum trunco.

人鑄 homines refingere, ope doctrinae, sicut metalla igne.

賁虎 *hou-pen*, generosi milites, qui ruunt in hostem sicut tygres in praedam: 賁 idem est ac 奔 *pen* currere. Sic apud Homerum Achilles vocatur PODAS OXUS, non ut fugiat, sed ut fugientes premat.

猾 patriae vipera; 猾 est vermis qui à tygride voratus ejus viscera rodit. Sic *Ven-tchong-tsee* nefarium hominem vocat 蠹之義 膝之仁○蠹之智

Mong-tsee ait: 狼豺是援不溺人 omni fera immanior est qui naufraganti non succurrit.

Tchouang-tsee ait: 天張姓百 id est 主無 ut monet glossa. Populus non habet amplius Dominum à quo contineatur.

Occurrunt egregiæ metaphorae quibus hominis animam et corpus designant.

氣志 *tche-ki*, substantia subtilissima quæ vult; 氣神 *Chin ki* substantia subtilis quæ spiritualis est; 舍道 *tao che* rationis palatium; 府靈 *ling fou* urbs intelligentiæ; 明神宅之 *chin ming-tchi-tse* spiritûs intelligentis domus, sic appellatur corpus, seu cor carneum, in quo residet anima quæ vocatur 心 cor, sicut 室 *che* designat uxorem *etc.* Corpus vocatur a *Tchouang-tsee* 耦 *ngheou*, quia ut ait interpres, 耦爲神與身 corpus est animæ compar; 耦 proprie dicitur de duobus qui simul arant, ita ut opus procedat ab utroque. Item dicitur; 袋天 saccus in quo Dominus includitur; item 弢天 idem est sensus, nam 弢 est theca quæ tegit et abscondit arcum.

Yang tsee ait: 也畫心書也聲心言 verba sunt cordis soni, et scripta sunt cordis picturæ.

Chu-king ait: 笑翔陵丘 montes et colles præ gaudio tripudiant; 舞率獸而蹌獸鳥 volucres ac bestiæ laetitiâ exultant, et saltant ad citharae sonitum. Item ait: 宗朝漢江海於 Flumina *Kiang* et *Han* ferunt tributum suum ad mare.

Ngheou-yang-sieou, Domum quamdam sic describit: Ejus culmen verberat nubes, sedes est puritatis et silentii, domus munditiae et quietis; hortus hospitii, et societatis: verba Sinica venustatem habent longe majorem: 闃之賓榭堂之讌清閣之虛澄亭之賓拂 etc.

10°. Accurate colligendae sunt omnes istius modi metaphorae quæ in elegantioris styli libris occurrent. Nihil enim plus micat in tersâ oratione quam insignes tropi. Sic amaenissimum carmen dictum 經騷離 *Li-Sao-king* quod 2492 litteris et 70 rhythmis constat, floridis ac delicatis metaphoris totum intertextum est. Loquitur author de rege sicut de formosissimâ puellâ quam ambit. Flores odori virtutes adumbrant et olentes vitia. Bibo, inquit,

rorem ex suaveolenti flore *Lan* decidentem, et comedo gratos flores *kiou* qui autumno decidunt: 英落之菊秋餐露墜之蘭木飲 i. e. nutrio me virtute quae ab his hominibus derelicta jacet. Addit quod sese floribus induat, et iter deinde aggreditur, percurrit caelos, jubetque Solis aurigam ut lente procedat, nec tam properanter sese praecipitet: 羲令吾迫勿而嵫崦望兮節弭和 Demum absoluto itinere, tingit equos gurgite in quo Sol mergitur et appendit habenas ad arborem ex quâ sol procedit: 余揔兮池咸於馬余飲桑扶乎轡 Ibidem sic loquitur de sole: 射兮矢長舉裳霓白兮衣雲青降淪反弧余操狼天 Superne chlamidem caeruleam induo, et deorsum albâ vestior iride. Accipio meas sagittas quibus confodio caelestem lupum. Colligo pharetram meam, et infra descendo. Nota: in ultimo versu ponit 余 *ego*, quia Sol loquitur. Sol surgit in oriente, et in parte opposita cadit. Rex cujus sol symbolum est, malos male perdit, nec tamen suis recte factis inflatur. Ita interpretes ipsi explicant hunc locum.

§us. *QUARTUS.*

DE 言寓 *yu-yen.*

Quod modo referebam ex poeta Sinico plurimum accedit ad 言寓 *Yu-yen*, sed *Yu yen*, latius patet: neque enim nudam comparationem nec solam metaphoram continet, sed insuper parabolas, et symbola, et apologos et aenigmata et fabulas includit. Quisquis nescit quid valeat 言寓 *Yu-yen*, ne libros 經 *king* et maxime eorum fontem 經易 *y king* adeat. Per allegorias enim et symbola libri 經 *king* ab omnibus aliis monumentis distinguuntur. *Y king* ad instar caeli, terrae, rerumque omnium factus, totus propterea symbolicus est. Nullam aliam doctrinam tradunt 詩 *chi*, et 書 *chu* quam quae symbolis libri 易 *y* traditur. Ac demum *Y king* pro suo attributionis objecto habet Sanctum, quem omnibus suis symbolis adumbrat. Praecipua sunt cœlum et terra, sol et luna, rex et regis minister, sponsus et sponsa; atque haec pauca de stylo et scopo librorum *king* insinuasse satis est.

Inter authores qui post 經 *king* merentur legi, *Tchouang-tsee* et *Lie-tsee* maxime laudantur ob *Yu-yen*; itaque ex his duabus aliquot exempla decerpam.

1um. Exemplum *Lie-tsee* quoddam regnum quod vocat 胥花 *Hoa-su* et ad quod: 車舟非已而游神及所之力足 nec navi nec curru, nec pedibus, sed sola mente pervenitur, sic describit: In eo regno, nulli sunt duces et magistri, nec populus ullos stimulos concupiscentiae experitur. Pura ibi natura regnat; non amant vitam, mortem non timent. Itaque nulla

ibi mors præmatura. Nec unice sibi attendunt, nec res penitus à se amandant. Ideo nec amore praepediuntur nec odio. Neque à tergo carpunt, nec palpant coram. Ideo damna et lucra nesciunt. Subeunt aquam nec merguntur; ignem intrant, nec comburuntur. Illos verberas, nec dolorem habent, nec plagam ullam recipiunt. Illos unguibus scalpis, nec ullum proritum sentiunt. Conscendunt vacuum, sicut alii solidum calcant; dormiunt in vacuo sic tanquam in molli culcitra. Nubes et pruinæ non officiunt eorum luminibus. Tonitru cum suo fragore eorum aures non percellit. Formosis vel turpibus cor eorum non afficitur. Montes et colles eorum passus non retardant; mente solâ nimirum aguntur:

其國無師長。自然而已
其民無嗜欲。自然而已
不知樂生。不知惡死°故
無夭殤°不知親己。不知
踈物°故無愛憎。不知背
逆°不知向順。故無利害
入水而不溺。入火而不
熱°斫撻無傷。痛指擿無
痟癢°乘空如履實寢虛
若處牀。雲霧不硋其視
雷霆不亂其聽。美惡不
滑其心°山谷不躓其步。
神行而已。

Nota 1º quam bene repetit 知不 usque sexties, ita tamen ut post 知不 bis positum aliquid interponat. 2º quam accuratè haec omnia sint inter se opposita. 3º Quod nulla sit phrasis sola et sine compare. In fine ponit 已而行神 quia statim initio dixerat 游神 已而. 4º Quomodo variet phrases suas: 國其 etc. quinque litterarum respondet 民其 etc. litterarum totidem, et repetit 已而然自 quia hoc cadit et super regnum, quod à nemine regitur et super populum qui non indiget regi. Regnum caret magistris, quia populus concupiscentiam non sentit. 5º Sequuntur novem phrases litterarum quatuor, sed miro sane ordine dispositae. 6º Sex quæ postea veniunt, ita quinque litteris constant ut sit tamen inter eas differentia: duae primae similes sunt, sicut duae mediae et ultimae duae. In duabus primis habes 而 et in mediis habes 無, in ultimis 如 *ju* et quod idem est 若 *jo*. Denique desinit per quatuor phrases sex litterarum, in quibus vides 不 et 其 quater poni. Non loquor de accentibus. 滑 *hoa, lubricare facit,* egregia metaphora; est gallice *glisser*.

Utile erit praeclara ejusmodi loca, quae toto hoc capite sparsa sunt sat magno numero, sic grammaticè rimari ut deinde illa vel marte proprio imitari, et ad alia transferre, vel accipere versionem latinam illamque Sinice exponere, sicut nostri Scholastici themata componunt, et post aliquot dies quae Sinice scripserimus, ex ipso authoris Sinici textu corrigere.

2ᵘᵐ· Exemplum: *Tchouang-tsee*, deambulabat in monte silvoso. Vidit ibi arborem proceram et ramis foliisque luxuriantem. Prope aderant homines cum securibus, nec illam attingebant. Petiit ab illis quid ita? Responderunt, quia lignum erat prorsus inutile; haec arbor, inquit *Tchouang-tsee*, implebit annos suos, quia inutilis est. Descendit postea de monte et ad amicum divertit. Amicus gaudens jussit puerum ut avem dictam *Yen* occidat et coquat—Reposuit puer: At enim duae sunt, Altera vocalis est, et altera muta: quaenam occidetur? Respondit Dominus ejus: occide illam elinguem.—Altera die, discipuli magistro dixerunt: Arbor vitam conservavit quia nullas habebat dotes, et avis occisa est, quia erat sine dotibus ullis: quid ergo eligis? Subrisit *Tchouang tsee* et ait: Si mediam viam inter dotes habere et non habere cupio, studebo videri quod non sum, atque adeo molestiis non carebo. Longe melius est ut ratione ac virtute quasi magnifico curru invectus ambulem coram primo omnium parente, ita ut res à me pendeant, nec ipse pendeam ab illis. Sic ab omni prorsus molestiâ liber ero, atque haec est methodus veterum *Chin-nong* et *Hoang-ti*:

莊子行於山中見大木枝葉盛
茂伐木者止其旁而不取之也
問其故曰無所可用莊子曰此
木以不材得終其天年夫子出
於山舍於故人之家故人喜命
豎子殺鴈而烹之豎子請曰其
一能鳴其一不能鳴請奚殺主
人曰殺不能鳴者明日弟子問
於莊子曰昨日山中之木以不
材得終其天年今主人之鴈以
不材死先生將何處莊子笑曰
周將處夫材與不材之間似之
非也故未免乎累若夫乘道德
而浮游乎萬物之祖物物而不
物於物則胡可得而累邪此神
農黃帝之法則也

3um. Exemplum.

Forte transeundo flumen in navi, venit altera navis omnino vacua et impegit in transeuntem navim. Nemo quamvis naturâ ferocior contra navim illam penitus inanem irascitur 怒不人之心惼有雖○舟觸來舩虛有○河於濟而舟方 Si vero vel unicus homo sit in illa navi, statim cum clamore admonetur ut videat quid agat. Si post unam et alteram admonitionem nihil respondet, tertia vice inclamatur multo validius et amaris verbis impetitur homo ille ○聞不而呼再○聞不而呼一○之歙張呼則上其在人一有之隨聲惡以必則邪○呼三是於 Prius quidem nulla fuit commotio, et nunc ira tam acriter se prodit: quam ob rem, quaeso? Prior navis erat vacua et secunda plena est: 實也今而虛○也何怒也今而○怒不也向 Si quis corde penitus vacuo transit præsens saeculum, quis ipsi damnum ullam inferre poterit? 孰其○世遊以己虛能人之害能 Miror cur talem applicationem *Tchouang-tsee* non omiserit.

4um. Exemplum: Sic inducit umbram loquentem: Ego quidem existo, sed nescio qua ratione. Ego sum veluti cicadarum tunicae, et serpentis spolia, rebus similis, nec tamen res ulla. Cum adest ignis vel sol, statim prodeo. Quando nox venit lateo. Ego expecto quidem illa pariter expectant. Veniant, venio; abeunt, abeo quoque. Sive sistant, sive pergant, ego una cum illis vel sisto, vel pergo 之似○也蛻蛇○也甲蜩○以所知不而有予況而○也待有以所吾彼○也代吾夜與陰○也屯吾日與火○也非而往之與我則往彼○來之與我則來彼○乎者待有以乎 etc. Hoc aenigma seu symbolum interpres sic explicat: Umbra expectat corpus et lucem ut prodeat, et res omnes quae nascuntur et occidunt, ad hoc expectant quoque Dominum qui solus nihil expectat, nullo indiget, et sine quo res nec oriri possunt, nec occidere.

CAPUT QUINTUM.

ELEGANTIORUM LOCUTIONUM COLLECTIO.

Grammaticus Sina quem hic sequor, non mihi videtur sumere litteram 句 *kiu*, satis strictè. *Kiu* enim sinice significat idem quod graecè PHRASIS. Ideo istam litteram 句 dictionaria explicant per 止 *tchi*, sistere, et 絕詞 *sse-tsue*, verborum sensum abrumpere. Ergo ad hoc ut constet 句 *kiu* seu phrasis, sensus debet esse saltem aliquatenus absolutus. At Grammaticus iste

1° nullas colligit *kiu* unicâ littera constantes ; plures tamen esse certum est, quæ unicâ litterâ sensum plane absolutum ac finitum menti afferunt. 2° E contra in suis duarum vel trium litterarum phrasibus, plurimæ occurrunt quæ nullum per se solæ efficiunt sensum, atque hinc colligo, vel quod erret, vel quod per 句 *kiu* aliud intelligat quam nos per phrasim.

Licet praesens caput non tanti momenti sit quam alia quæ præcedunt, non erit tamen, ut opinor, inutile: Ex illâ enim abundantiâ phrasium simul collectarum stylus Sinicus magis ac magis cognoscetur; et eadem hæc copia Europæos Sinice scribentes poterit juvare. In plerisque enim his phrasibus habentur vel vetera proverbia, vel elegantes metaphorae, vel sententiæ graves, ac demum fere semper continent oppositionem vel cognationem aliquam in Sinico stylo prope necessariam.

§us. *PRIMUS.*

LOCUTIONES UNIUS LITTERÆ.

Colligitur sensum post unicam litteram esse absolutum, quoties talis littera juxta grammaticae leges cum sequentibus non potest jungi. Exempla haec habe: In libro *Chu-king* legitur 咨 *tsee*, et interpretes divinando, ut solent, aiunt esse vox admonentis.

吁 *yu*, apage.
於 *ou*, idem ac 嗚 *ou*, vox exclamantis.
都 *tou*, eumdem habet sensum.
俞 *yu*, est assentientis.
何 *ho*, quid? quomodo?

In eodem *Chi-king* leguntur nomina propria quae cum sint in vocativo casu, sequentem phrasim non ingrediuntur, sic 棄 *ki*, ô tu *Heou-tsi*; 契 *sie* ô tu *sie*! 龍 *long*, ô tu *Long*!

Apud *Mong-tsee* et alios reperitur 然 *gen*, ita est: 否 *feou*, neutiquam; 嗟 *tsie*, dolentis et exclamantis vox; 噫 *y*, vel 意 et 嘻 eumdem sensum et usum habent; 弗 *vou*, non approbantis vox; in libro *Lun-yu* 辭 *tsee*, recusavit, accipere noluit; 諾 *no*, benè est, recte mones, expecta tantisper; 惡 *ou*, 也言何是 apage verò, quid dixisti?

In familiari sermone: 是 *che*, ita est; 來 *lai*, veni 去 *kiu*, abi; 等 *teng*, expecta; 呸 vel 啡 *pi*, vox est indignantis et quasi ad faciem expuentis; 呀 *ya*, est admirantis &c.

§us. *SECUNDUS.*

LOCUTIONES DUARUM LITTERARUM.

1o. Sunt merae particulae affectus varios indicantes, v. g. 乎於 vel 戲於 et vulgo 呼嗚 *ou-hou*, eheu !

則何, 故何, 爲何, cur, quare, quam ob causam ?
然雖 etiam si, ut ut sit.
何奈 *nai-ho*, quid igitur agendum ?
來曷 cur venis ?
之奚 quo pergis ? etc.

2o. Duae litterae vere constituunt phrasim. v. g.

弔弗 *foe-tiao*, me miserum ! quanta miseria !
乎怨 *yuen-hou*, an incusabat quemquam ?
之亡 moriendum, vel morieris.
矣命 statutum ac mandatum est. Sic Confucius discipulo in extremis posito.
哉美 pulcherrimè, optimè.
云詩 liber *Chi-king* ait.
曰子 Confucius ait.
路首 iter aggredi.
筆潤 dare aliquid scribenti.
腹捧 toto spleno ridere, Gallicè, *se tenir les cotes de rire.*
淺膚 non extimâ pelle crassius.
走下 sese demittere.
名釣 piscari famam.
送目 oculis deducere ; Gallicè, *conduire de l'œuil.*
泣飲 combibere lacrymas.
言食 promissis non stare.
生平 per totam vitam.
息姑 quiete non debita frui.

Confucius à se procul removebat quatuor, 1° 意 毋 non erat judicio suo male alligatus. 2° 必 毋 *vou-pi* nibil tanquam certum asserebat. 3° 固 毋 *vou-kou*, non erat immobiliter fixus in ullâ re. 4° 我 毋 *vou-ngo* nullum erga se proprium ac privatum affectum habebat.

3° In exemplis quae sequuntur, phrasis non est absoluta, sed sunt tantum appellationes elegantes variarum rerum, et ideo notandæ :

元 泰 cœlum.
朋 朱 vel 君 東 vel 龍 燭 Sol.
和 羲 auriga solis.
桑 扶 arbor unde sol oritur.
駒 白 aurora.
蝀 螮 vel 弓 帝 arcus cælestis.
娥 嫦 luna.
舒 望 vel 阿 纖 auriga lunæ.
狼 天 infausta stella.
夷 女 spiritus florum.
化 王 flos dictus *meou-tan*.
木 王 arbor dicta 梓 *tsee*.
友 仙 flos dictus *kouei*.
友 淨 flos nenuphar.
友 芳 flos vocatus *Lan*.
牙 龍 fructus dictus *Li-tchi*.

Optimus equus dicitur 風 追 vel 電 追 Sicut dicimus ventis et fulminis ocior alis.
Tigris appellatur 君 山
Oves vocantur 毛 柔
Hircus est 郎 髯 *gen-lang*
Hirundo 女 天
Psittacus 鳥 言
Testudo 夫 玄
Formica 駒 玄
Vinum dicitur 友 紅 vel 伯 歡 vel 郎 桑 vel 藥 狂 vel 生 蘭
Vinum itineris dicitur 酒 佐
Semiebrius est 酒 中 Gallicè *entre-deux-vins*.

atramentum 玄陳
lapis super quem teritur 昧鳳 vel 尾龍
penicillus 尾栗
papyrus 版玉
apud *Tchouang-tsee* 髮窮 est terra nuda, sine herbis.
廷珠 immortalium aula.
家世 homo nobilis.
仕筮 de novo factus mandarinus.
祖鼻 avus valde remotus.
孫耳 nepos longe distans ab avo.
鼎貴 aliquid valde pretiosum.
食玉 fercula delicatissima.
首黔 homines.
體玉 de pulchro corpore, quod pario marmore purius nitet.
貲高 dives.
生高 vel 生登 *teng-seng*, senex.
匠大 vel 斲執 faber lignarius.
里羑 vel 圄囹 vel 土圜 carcer.
選少 vel 臾須 momentum temporis.
月玄 nova luna.
月陽 decima luna.
人舌 interpres, Gallicè *langue*.
玉水 crystallum.
貴翔 volare ad honores.
臺泉 sepulchrum, tumulus.
旁襌 sandapila.
故物 mortuus.
恙亡 sine morbo.
酊酩 valde ebrius.
彘人 inter homines scropha.
鏡水 aquae speculum, etc.

§us. *TERTIUS.*

LOCUTIONES TRIUM LITTERARUM.

1o. Sensus non est perfectus sicut No. 3o. superioris paragraphi, sic:
atramentum vocant 侯滋松
et 侯墨即 est lapis ad terendum illud.
penicillus dicitur 君書中 vel 筆須鼠 vel 生先楮 : — 楮
est arbor ex qua fit papyrus, hinc charta dicitur 公國楮 vel 侯時好 vel 紙繭蠶
vinum appellatur 才秀麴 vel 物中杯 vel 醪腸換 vel
腸崘鯤
pecunia est 兄方孔
brevis epistola est 書筆一 Gallicè, *un mot de lettre.*
杖壽靈 senum baculus 杖節九 idem.
毬晶水 flos dictus *meou-tan.*
奴枝荔 fructur dictus *long-yuen.*
香魂返 odor optimus.
駒里千 caballus juvenis et optimus.
虎中詩 bonus poeta.
龍中人 vir praeclarus.
Mulieres formosae dicuntur 花語解 vel 羞見花 vel 枝柳楊
Exiguus et pauper mandarinus 臣蝨蟣
Cœnobium pauperrimum 庵蝨捫
Sedes idoli Foe 座子獅
Simulacrum hominis 形人偶 Gallicè, *une marionnette.*
Vitæ brevis 人暮朝
Longævus 長秋春
Imber tertiâ lunâ cadens 水花桃
Parum admodum moratus 嫌無居
Citò 手覆反 Gallicè, *en un tour de main.*

蛙中井 vel 蛙底井 Rana quæ ex suo puteo numquam exivit.
子中里 litteratus ruri degens.
食鼎五 Caro bovis, vervecis, porci, canis, et piscium.
蘭勝氣 odor gratissimus
詩中畫 egregia pictura.

2°. Satis raro invenitur una phrasis trium litterarum sola, nisi forte interroget, v. g.: 知何之 quid igitur? quid hoc sibi vult? 也謂何 quid hoc est? 說以何 Quomodo ergo? 之用安 vel 之用焉 an illo uti quis potest? 知其豈 an hoc est sapientem esse? 誰其怨 quis tunc jure conquereretur?

3°. In optimis quibusque libris sæpe occurrunt phrases trium litterarum, sed plures et ad minimum duæ simul junguntur. Exempla illustriora seligo: 虎從風o龍從雲 Nubes sequntur *Long* et Tygridem venti; 書出洛o圖出河 Sic duæ illae mappæ prodierunt ex aquis; 地法卑o天效崇 alta cœlum, humilia terram imitantur; 懼多四譽多二功多五凶多三 Inter sex symbolorum lineas, 2ª laudari solet, et 4ª timere; 3ª est infelix, et 5ª multis meritis splendet; 響影惟凶逆從吉迪惠 felicitas bonis, miseria improbis respondet, sicut umbra corpori et echo voci; 益受謙損招滿 superbis detrahitur, et additur humilibus; 壽日二富日一 etc. In primo gradu sunt divitiæ, in 2° longaevitas &c. Confucius ait: 樂於成禮於立詩於興 virtutis amantes incipiebant ab odis, erigebant se per ritus, perficiebantur per musicam; 近道人遠道天 cœli viae remotae sunt, hominis autem proximae; 範不範模不模 qui debent aliis exempla dare non dant; 隱使非使隱非 nihil valet, nec in negotio, nec in otio; 邵彌德高彌年 quo provectior aetas, hoc virtus illustrior; 狼也秦羊也周 Regnum *Tcheou* erat ovicula, et regnum *Tsin*, lupus rapax; 難業守易業創 facile est familiam fundare, fundatam diu conservare difficile est; 難勝守易勝戰 in praelio vincere facile est, difficile partâ victoriâ frui; 矩規右繩準左 alterâ manu libellam et funem, altera circinum et regulam tenere; 車無出魚無食 in mensâ non apponuntur pisces, in via non apparatur currus; 愈日今疾者昔 heri aegrotabam, hodie valeo; 之述子之作父 pater fecit, filius edidit; 生退無死進有 malo procedere et mori quam retrocedere et vivere; 亡死輕義仁重 malo mori quam peccare. In libro *Tao-te-king* legitur: 雌其守雄其知 et 塵其同光其和 Mong-tsee ait 彘母二雞母五 domi alendae sunt quinque gallinæ, et duae scrofae, seu porcae; 刑而怒賞而喜 homo qui agit prout afficitur, si laetus dabit munera; si vero iratus, verbera; 獸則怒人則好 si places

illi eris homo ; si displices eris bestia ; 點五更號三雞 summo mane ; 麤其忘精其得 cum habetur quod subtilius est, oblivioni datur quod est crassius ; 雉野愛雞家輕 fastidit quae habet, et quae non habet desiderat ; 芻青馬飯白奴 quando servi habent albam orizam, equi habent bonum faenum; 穀年荒玉年豐 Cum abundamus, quærimus res inutiles; sterilis est annus, nihil pretiosius orizâ ; 涼者遠熱者近 prope nihil calidius ; longe nihil frigidius. *Tchouang-tsee* ait : 畢事萬一於通 qui unum benè semel penetravit, is omnia negotia perfecit; 人尤不天怨不 non incusat cœlum, non accusat homines; 罰表爲賞裏爲 premia et paenæ faciunt vestem duplicem: merces est textum exterius, paena est assutum, Gallicè *la doublure* ; 鹿麋友蝦魚侶 solitarius qui vitam agit in desertis silvis; 辰靈協日吉曆 fausto die, felici tempore ; 堂玉上○門金歷 ire ad suam domum; 酒美飲○騷離誦 legendo delicatissimam carmen *Li-sao*, optimum vinum bibere. *Han-yu* loquens de Bonziis ait : 人其人○書其火 oportet comburere eorum libros, et efficere deinde ut ipsi homines sint. Confucius ait : 壽者仁○樂者知○靜者仁○動者知 qui multa scire volunt, moventur; qui charitatem fovent, quiescunt; illi gaudent ad tempus; isti permanent diu. *Mong-tsee* ait : 天知則○性其知 Qui bene se novit, statim novit cœlum.

§us. *QUARTUS.*

SELECTIORES PHRASES 4or LITTERARUM.

Ex utraque hujus operis parte jam scitur abunde quod phrases quæ quatuor litteris constant etiam inter loquendum sint usitatissimæ, multo magis in libris. Non ergo mirandum est si plures in exemplum seligo.

懼不者勇○憂不者仁○惑不者知 vir sapiens non dubitat ; vir bonus non se macerat ; vir fortis non trepidat.

憂近有必○慮遠無人 qui non longe prospicit, non multum abest a mærore.
人於施勿○欲不所己 quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.
欺可不人 hominibus non licet imponere.
掩可不惡 malum abscondi non potest.
天在其聽○我在其盡 absolvere quæ à nobis pendent, et cœli voluntati obedire.
之言是由 vel 之觀是自 ex his patet *etc.*

時之是常 vel 時之此於 tunc.
小則用自。裕則問好 qui alios consulit, magnus; qui se solum audit, parvus.
艱惟之行。艱非知 scire facile est; agere non idem.
長可不惡。失可不善 bonum non omittendum, malum non æternandum.
至必咎殃。時失樂哀 qui cupidines non frænat, feret infortunium.
傅安將毛。存不之皮 si pellis amittitur, quid fiet de pilis ?
竭先井甘。伐先木直 rectæ arbores primæ exciduntur et puteus bonæ aquæ prior siccatur.
息而入日。作而出日 laborare per diem, et per noctem quiescere.
非百其忘。善一人見 propter unum bonam actionem, oblivisci centum malas.
蠹生枯魚。蟲出腐肉 caro putrida et siccus piscis vermes generant.
亂則極酒。悲則極樂 extrema gaudii luctus occupat, et nimium vinum turbas excitat.
故若莫人。新若莫衣 in veste laudatur novitas, et in homine antiquitas.
足不者拙。餘有者巧 vafer abundat, et stupidus eget.
衰乃色正。內襲氣邪 si latet intus aliquid mali, in vultu naturalis color deperit.
青丹於甚。人染之學 studium melius tingit hominem, quam ullus color telam.
雨知居穴。風知居巢 animalia quæ sunt in nidis sciunt ventos, et quæ manent in cavis, ut formicæ, sciunt pluviam.
刑修食月。德修食日 solis eclipsis monet ut virtuti operam demus; et eclipsis lunæ ut de suppliciis cogitemus.
恭學不卑。儉學不貧 qui pauper est, sine studio fit parcus, et qui vilis, sine labore est urbanus.
水如心臣。市如門臣 boni subditi domus debet esse sicut forum, et ejus cor sicut aqua.
色慚無面。人負不心 si cor beneficium non obliviscitur, facies non erubescit.
意生有以。心食不菜 si herbarum cor non comedis, iterum pullulant.
刀如損其。毛如益其 ejus lucra minima sunt, damna vero maxima. (Agitur de vino.)
道亂學雜。德背語紛 verba nimis texta, virtuti nocent, et studium multiplex doctrinam conturbat.
美不言信。信不言美 bella verba non credenda, et credenda verba non sunt bella.
愚者矜自。敗者滿自 qui se ipso plenus est cadet, qui se jactat, stultitiam prodit.

身保慾寡。謗省言寡 qui parum loquitur detrectationibus non patet, et qui continens est seipsum servat.

爲擇入聖。言之夫狂 In sermonibus stulti non deest quod sanctus tollat et laudet.

肉還枯骨。燃更灰寒 cinis frigidus ignes iterum concipit, et ossa arida iterum carnem induunt.

折則強木。滅則強兵 exercitus fortis deletur, et lignum durius frangitur.

掉不大尾。折必大末 si ramus extremus magnus est, frangitur, si cauda magna est, non agitatur.

深害勃利。淺辱輕榮 ubi modica gloria, injuriæ leves, et lucrum magnum magnis damnis patet.

食所無饑。飲所無渴 sitientes non habent potum, nec esurientes cibum.

去不之麾。來不之招 cum advocatur, non venit; cum mittitur non pergit.

市於人刑。朝於人爵 In aulâ palam decernere honores, et in publicis plateis supplicio afficere.

食而耕筆。衣而織舌 lingua texit et arat calamo, vivit ex linguâ et calamo suo: hæc jungo quia non sunt proverbia.

聲吠犬百。形吠犬一 pro uno cane qui latrat contra corpus, centum canes famæ allatrant.

土累於起。臺之層九 altissimus agger ex terrâ paulatim accumulata crevit.

末毫於生。木之抱合 proceræ arbores à virgâ creverunt.

言若辨大。拙若巧大 ingeniosus sit sicut hebes et eloquens sicut elinguis.

耕歸如不。明不經學 cum in veterum librorum studio non proficis, præstat redire ad aratrum.

舟沉羽積。軸折輕群 levia simul collecta frangunt axim, et plumæ congestae mergunt navim.

仇之女醜。室入女好 puella formosa quae de novo advenit, à deformi tanquam æmula odio habetur.

春如行仁。秋如行威 majestas autumno, charitas veri comparatur.

輕爲鈞千。重爲翼蟬 si non placet, ala cicadae est gravis; si placit, onus mille librarum est leve.

心於事無。事於心無 nihil quaerit curare quia nihil est in corde.

焉面其如。同不心人 tam differunt corda quam ora.

也歸之民。爲所之上 Regis ad exemplar populus componitur.

遠謀能未。鄙者食肉 homo gulæ deditus vilis est, nec potest longe prospicere.

召所人惟。門無福禍 miseria et felicitas nullam propriam januam habent, pendet que ab homine ut miser sit vel beatus.

勇無爲寧。厲素其與 melius est non esse fortis quam fieri crudelis.

名爾知亦。木草淮江 ipsa etiam flumina, ipsæ etiam plantæ tuum nomen loquuntur.

俎於登不。肉之獸鳥 carnem non manducat.

乎再可其。甚謂之一 unâ vice multum est: quomodo bis in id ipsum.

斗北之天。漢江之水 limpidus sicut aqua, sublimis sicut polus.

千三川支。百三川名 flumina ter centum, rivi ter mille.

言之唐荒。說之悠繆 verba inepta et chimerica.

是所其非。非所其是 illi semper in omnibus contradicere.

遊豕鹿與。居石木與 mediis silvis inter feras ætatem agere.

知不者言。言不者知 sapiens parum loquitur; qui loqui non desinit, stultus est.

聾之心猶。學涉不心 animus qui sese (*sic* cætera desunt.)

衆者之攻。心一主人 rex non habet nisi unum cor, sed qui expugnant illud sunt quam plurimi.

義攖惡目。仁聞厭耳 charitas offendit ejus aures, et justitia ejus oculos lædit.

桂於賤薪。玉於貴食 esca prætiosior est gemmis et arbos *kouei* vilior lignis quæ comburuntur.

恐則豺見。皮虎質羊 ovis licet tigridis pelle tegatur, si videt lupum tremit.

惡懲以罰。善勸以賞 premia ut excitentur boni, et supplicia ut terreantur mali.

缺者益自。益者損自 qui sibi detrahit abundat, et qui sibi addit deficit.

響影於敏。人應之天 cœlum citius respondet homini, quam umbra corpori, et echo voci.

尾其亡必。行勇蛇貪 avidus serpens amittit caudam.

貍狐問安。道當狼豺 cum debet loqui vulpes, non interrogatur vulpes.

書異得當。人異得不 defectu viri eminentis, consule libros optimos.

鯉尺無必。涔之蹄牛 in vestigio à bove impresso, non reperitur carpio longus uno pede.

羽藏不鳳。鱗隱不龍 *Long* non tegit squammas, nec *Fong* alas abscondit.

人小動利。子君動義 justitia sapientes, lucrum stultos movet.

墮者騎善。溺者游善 qui melius natant merguntur, et qui peritius equitant decidunt.

止則坎得。逝則流乘 beneficio aquae currentis transit, si occurrit fossa haeret.

恃可不富○欺可不貧 pauperem ne decipias, et diviti ne innitaris.

恩蒙棘荊○穀五雨天 cœlum pluit super bonas fruges, et spinæ eodem beneficio fruuntur.

香者蘭近○臭者鮑近 qui appropinquat putridis piscibus fætet, et qui proximus est flori *Lan* bene olet.

交寡賤貧○士多貴富 divitibus multi sunt addicti, pauperem nemo curat.

後牛爲無○口雞爲寧 melius est percutere quam percuti.

穢形我覺○側在玉珠 ex ejus pulchritudine, sentio quam sim deformis.

我食食推○我衣衣解 vestes sibi detraxit ut me cooperiret, cibo se privavit ut me pasceret.

燭之膏蠟○燈之腦鳳 pretiosissima lampas et candela.

能而學不○染目濡耳 tam ingeniosus est, ut sine studio omnia possit.

二無內海○雙少下天 non habet parem in mundo.

詩有中畫○畫有中詩 versus picturam oculis offerunt, et pictura est veluti carmen mutum: *ut pictura poesis erit.*

歲若陰寸○時之思相 amanti vel unum momentum annus est.

槌如鈍我○錐如利君 tu es acutus sicut cuspis, ego vero obtusus sicut malleus.

之寒日十○之暴日一 pro uno die qui calidus efficitur, per decem dies frigidus efficitur.

崩者人失○興者人得 qui tenet hominum cor assurgit; qui vero illud amittit cadit.

胎有生禍○基有生福 felicitas non nascitur sine fundamento, et calamitas fructus est quem unusquisque parturit.

節改不窮○士廉人仁 virum bonum paupertas non immutat.

亡者力恃○昌者德恃 qui nititur virtute splendet, et qui viribus suis confidit peribit.

剛以亡齒○軟以存舌 lingua durat quia mollis, dentes cadunt quia duri sunt.

寧邦固本○本邦惟民 populus est regni radix; si firma radix, regnum in pace stat.

朋爲二貝○友爲二手 duæ litteræ 友 et 朋 amicos designant: in 友 sunt duae manus; in 朋 sunt duo 貝; nihil amico utilius, nihil pretiosius.

納恩以難○心野子狼 homines feri et barbari, beneficiis non capiuntur.

志喪物玩 nimius luxus animi robur extinguit.

瑟造羲伏 *Fou-hi* fecit lyram.

琴造農神 *Chin-nong* fecit citharam.

鹽爲沙宿 *Sou-cha* invenit sal.

矢作夷牟 *Meou-y* fecit sagittas.
弓作揮般 *Pouan-hoei* invenit arcum.
書造頡倉 *Tsang-hie* litterarum author.
曆造成容 *Yong-tching* ordinavit calendarium.
律造倫伶 *Ling-lun* invenit musicam.
數造首隸 *Li-cheou* artem numerandi reperit.
兵造尤蚩 *Tchi-yeou* fecit arma.
車造仲奚 *Ki-tchong* fabricavit currus.
酒造狄儀 *Y-tie* vinum fecit.
楫爲狄共 *Ho-tie* addidit remos.
舟爲鼓共 *Kong-kou* extraxit naves.
井造益伯 *Pe-y* fodit puteos, etc.
市於利爭 o 朝於名爭, in palatio de gloria, in foro de lucro certatur.
心制禮以 o 事制義以 per justitiam negotia, per ritus cor regere.
意盡不言 o 言盡不書 libri non satis loquuntur, et animi sensus verba non satis exprimunt.

視善者聾 o 聽善者瞽 caeci optimum habent auditum, et surdi acutissime vident.
降雨蒸雲 cum nubes densae sunt resolvuntur in pluviam.
發電合雲 cum simul junguntur nubes, fiunt fulgura.
聽目視耳 videt per aures et audit per oculos.
腸石心鐵 cor ferreum, saxea viscera.
心獸面人 habet vultum hominis et cor bestiae.
肉走尸行 cadaver ambulans, caro se movens.
歸死行生 vita via est et mors reditus.
禍樂亂好 turbis et calamitatibus delectatur.
珠聯玉綴 eleganter scribere vel loqui.
死觸生忘 vitae oblitus, mortem lacessit.
善衆德積 accumulare bona merita.
譽求名干 velle laudari, facere sibi nomen.
勢藉權乘 authoritate abuti.
徒少耦寡 esse solum, paucos amicos numerare.
規平繩公 aequum ac justum esse.

肝析心剖 viscera dilacerare vel cor aperire, nihil reticere.
書藉經枕 libros è manibus non deponere.
衣綺衿繡 vestes magnificae.
鞍躡馬下 ex equo descendere.
羔炰羊烹 coquere ovem et agnum assare.
胄免介脫 arma deponere, exuere.
刃合戰蹈 arma conserere.
譽香聞令 clarum nomen, pulchra fama.
德背善忘 virtuti nuntium remittere.
寒齒亡脣 sublatis labiis dentes frigescunt.
僞右實左 à sinistris veritas, à dextris mendacium.
吠狗鳴雞 gallus canit, canis latrat.
毛茹血飲 potare sanguinem, vorare carnem cum pilis.
歌朝飲夜 de nocte potare et mane canere.
靜海澄江 magna est tranquillitas.
惡稱美蔽 bona premere et mala silentio extollere.
水臨山登 adire montes et flumina.
新就故去 relinquere vetera et nova sequi.
家離鄉去 patriam et domum deserere.
俗易古變 mutare antiquas consuetudines.
生一死九 maximum periculum.
耘熱耕寒 hieme et aestate agros colere.
亂召禍起 turbas et calamitates accersere.
力竭心苦 toto corde, cunctis viribus.
心知容觀 ex vultu animum cognoscere.
尺退寸進 magis regredi quam progredi.
Haec conjunxi quia sunt merae phrases ab invicem disjunctae.

形隨水如o變之人聖 sanctus non mutatur, sed sicut aqua omnibus sese accommodat.

肉如不竹o竹如不絲 chordarum sonus est infra fistulam, et vox humana est super omnes fistulas.

婢問當織o奴問當耕 de colendis agris consule servos; de texendâ telâ consule ancillas.

必爾貳無o女臨帝上 Supremus Dominus appropinquat tibi; ne divide cor tuum. *Chi-king.*

珍肴口適o味定無物 condimentum cibi fames; omnia sapida sunt esurienti.

崩如惡從o登如善從 operari bonum est quasi praeruptum montem ascendere; facere malum est veluti proclivi jugo labi.

載千辱榮o朝一失得 ex uno momento pendet gloria, vel dedecus sine fine.

疾必崩其o高而際牆 si murus non est solidus, quo surgit altius, hoc cadit citius.

聲聽里千o塵望里百 pulvis cernebatur à centum stadiis, et sonitus audiebatur à mille.

光電如舌o星燿如目 oculi ejus sicut stellae et vox quasi fulgur.

子虎得不o穴虎入不 si vis tigridis catulos oportet penetrare ad tigridis antrum.

邪兎顧當o狗之麋逐 canis qui cervum sequitur an curat de lepore?

霸者臣賓o帝者臣師 qui subdito servit tanquam magistro est *Ti*; qui subditum tractat velut æqualem est *Pa.*

處久可不o下之功成 ne diutius quiescas sub tuis lauris: meritorum gloria parum durat.

殆不止知o辱不足知 qui paucis contentus est, infamiæ non patet, et qui novit sistere non cadit.

人負我毋o我負人寧 satius est injuriam accipere quam facere.

Sunt etiam nomina quatuor litterarum. v. g.:

Pecunia dicitur 人眞水白

Vinum optimum vocatur 事從州青

Atramentum est 守太香玄

Lapis super quem teritur est 侯鄉石離

Porcus 軍將喙長

Caper 簿主鬚長

Psittacus 者使衣綠

Nectare et ambrosia vesci. 芝茹醴飲

Nota. Vides quod in his omnibus exemplis satis raro adhibeantur particulæ; sed proverbia et graves sententiæ his adjumentis non indigent. Neque omnes particulæ locum habent in omni. Stylo quod autem litteræ litteris fere semper respondent et phrasi phrasis opponitur vel conjungitur; hoc vero solemne est in ejusmodi præclare dictis.

Hæc selegi ex libro cui titulus 玄鍼學古; sed ex duobus tomis quibus constat, primus quem habeo desinit in phrasibus 4or. Litterarum; secundus quem nondum potui reperire habet phrases quæ quinque, sex, septem et octo litteris absolvuntur. Itaque expecto hunc librum ut præsens caput possim absolvere; aliter non sine labore aliquas phrases ex libris extrahere necesse erit.

§us. *QUARTUS.*

SELECTIORES PHRASES QUINQUE LITTERARUM.

* * * * * * * * * *

INDEX.